Asterophyllites equisetiformis.

(Fasc. II.) Tab. VIII.

A. caule articulato, bifariam ramoso, ramis oppositis, simplicibus, articulatis, foliis lineari-lanceolatis, uninerviis, verticillatis, articulorum suturis insertis.

Schloth. Flora d. Vorw. tab. I. fig. 1. tab. II. fig. 3. — Nachtr. z. Petrefaktenk. p. 397. *Casuarinites equisetiformis.* — *Sternb.* Flor. d. Vorw. 1825. p. XXVIII. tab. XIX. *Bornia equisetiformis.* — *Lindl.* et *Hutt.* Foss. Flor. Vol. III. tab. 191. *Hippurites equisetiformis.* — *Germ.* in Iside 1837. Heft V. tab. II. fig. 3. *Asterophyllites equisetiformis.* — *Brongn.* Prodrom. p. 159.

Hanc plantam jam ab auctoribus pristini seculi (*Scheuchz.* Herbar. diluv. tab. I. fig. 3 et 5; tab. II. fig. 1. — *Mylius* Memor. Sax. subterr. tab. VI. fig. 3. 5. 7. 12. — *Volkm.* Siles. subt. tab. IV. fig. 7.) commemoratam et depictam non solum in nostris fodinis, sed in omnibus fere lithanthracum fodinis frequenter invenimus. Plerumque tamen verticilli singuli aut caulis fragmenta occurrunt, quae aut secundum stadium evolutionis aut alias ob causas saepius tales inter se differentias praebent, ut partes diversarum plantarum censeas.

Majora et melius conservata specimina hucusque detecta docent, plantam illam erectam fuisse, et e caule articulato, altitudinem bipedalem vix excedente, ramos articulatos bifariam enascentes habuisse, quorum articuli folia linearia verticillata emittebant. Omnes rami igitur in uno plano sese extendebant, sicut nervi in folio singulo aut sicut partes flabelli. Radicem nondum inventam perennem credas, nam caules crassiores, provectioris evolutionis adsunt, quibus rami juniores nondum evoluti insident. Praeterea specimina persuadent, caulem, antequam altitudinem majorem accepisset, ramos emisisse nullos, et emissionem ramorum apici propius primum incepisse, et ad basin sensim descendisse. Occurrunt enim specimina (fig. 1—3), in quibus rami apicales jam evoluti conspiciuntur, etsi infima pars caulis his adhuc caret, et plerumque rami ad apicem caulis densius collocati sunt, quam infra.

Der Stamm erreicht im plattgedrückten Zustande eine Breite von 8 — 9 Linien, und nimmt nach oben allmählig an Breite ab. Er scheint entweder glatt, oder doch nur seicht gestreift gewesen zu sein, aber die ihn bedeckenden Blätter geben ihm oft das Ansehen einer Längsfurchung. Der Stamm ist aus Gliedern zusammengesetzt, welche nach der Spitze hin kürzer werden, nach der Wurzel zu aber bis auf anderthalb Zoll Länge erhalten. Aus den Gliedernähten entspringen linienförmige, am Ende allmählig in eine Spitze auslaufende, einnervige Blätter, welche die Länge des Gliedes haben, oder dieselbe noch übertreffen, fast ganz aufrecht stehen, den Stamm rings umgeben und an ihn selbst sich anlegen. Seine äusserste Spitze wird durch einen Wirtel zu einem Kegel an einander gelegter Blätter gebildet. Bisweilen legen sich benachbarte Blätter so an einander, dass man ein einfaches, zwei- oder dreinerviges Blatt vor sich zu haben glaubt.

Aus den Gliedern des Stammes entspringen die, unter einem Winkel von ohngefähr 60° aufsteigenden Zweige, die aber nicht wirtelförmig stehen, sondern jedes Glied sendet zwei einander entgegenstehende Zweige ab. Gewöhnlich liegt die Pflanze so auf der Schieferfläche, dass man die Aeste beider Seiten vollständig erhält, doch sind auch Exemplare vorgekommen, wo der Stamm schief gegen die schieferige Struktur lag, und man auf einer Seite mehrere Schieferlagen ablösen musste, um die Zweige der entgegengesetzten Reihe zu finden. Die Zweige übersteigen nicht leicht die Dicke einer Linie, wechseln aber in ihrer Länge nach der Zeit ihrer Entwickelung ab, und man trifft einzelne Zweige, die eine Länge von 8—10 Zoll erreichen. Die Zweige sind ebenfalls gegliedert, an den Gliedernähten etwas verdickt, und hier mit einem Wirtel von linienförmigen, nach der Spitze hin allmählig verschmälerten einnervigen Blättern versehen, die bei völlig entwickelten Zweigen unter einem Winkel von ohngefähr 80° vom Zweige abgehen, bei jüngeren Trieben sich enger an denselben anlegen. Die Blätter sind länger als die Glieder, und es scheinen in der Regel 15 Blätter dagewesen zu sein, von denen man aber selten mehr als 12 erblickt, da zwei bis drei auf dem Zweige selbst aufliegen, oder von ihm bedeckt werden. Die Blätter eines Wirtels scheinen alle gleich lang gewesen zu sein, aber nach dem Alter der Pflanze wechseln sie in ihrer Länge, indem man Wirtel findet, deren Blätter fast einen Zoll lang sind, und wieder andere von 2 — 3 Linien Länge, sie richten sich nach der Länge der Glieder des Astes, die sie um etwas übertreffen.

Je nachdem die Pflanze, als sie in die Gesteinsschichten eingeschlossen wurde, frisch oder welk, trocken oder nass war, ändern die Blätter ihre Lage gegen die Aeste, und geben ihr ein verschiedenes Ansehen. Bruckmannia tenuifolia Sternb. (fasc. II. p. XXIX. tab. 19. fig. 2.) und Bruckmannia rigida (ibid. tab. 19. fig. 1.) sind wahrscheinlich solche Abänderungen.

Deutliche Fruktificationen dieser Pflanze gehören unter die sehr seltenen Erscheinungen, und am Stamme ansitzend fand ich dieselben hier noch nicht, sondern gebe in Fig. 4 die Abbildung nach einem Exemplare aus dem Hennebergischen, das aber die Struktur minder deutlich zeigt, als die isolirte

Caulis depressus latitudinem interdum 8 vel 9 lin. attingit, apicem versus latitudo sensim deminuitur. Caulis superficiem laevem aut leviter striatam habuisse videtur, sed folia illi incumbentia saepius sulculorum longitudinalium speciem praebent. Articuli, e quibus caulis compositus est, apicem versus longitudine decrescunt, basales interdum pollicis et dimidii longitudinem excedunt. Folia linearia ad apicem sensim acuminata, uninervia, articulis longiora aut saltem non breviora suturis articulorum inserta, erecta, caulem cingunt partim ei adpressa. Vertex caulis verticillo foliorum speciem coni conniventium foliorum induit. Interdum folia vicina ita se tegunt, ut unum folium bi- aut trinerve esse videantur.

Articulorum caulis segmentis insident rami, sub angulo circiter 60 graduum exsurgentes, qui tamen verticillos haud formant, sed quisque caulis articulus ramos duos et quidem oppositos emittit. Plerumque planta ita in plano schisti deposita est, ut ramos utriusque lateris bene conspicias, sed specimina etiam occurrunt, structuram schistosam lapidis tam oblique secantia, ut in uno latere plura strata schistosa descindas necesse sit, antequam ramos hujus lateris detegas. Ramorum latitudo rarius lineam excedit, sed eorum longitudo cum evolutione crescit, et singuli rami in longitudinem 8—10 pollicum extensi sunt. Rami sicut caules articulati sunt, ad suturam articulorum paullo tumescunt, et folia linearia, ad apicem sensim attenuata, uninervia, verticillata proferunt, quae in ramis adultis sub angulo circiter 80 graduum a ramo excurrunt, sed in ramis junioribus magis ramo sese adpropinquant. Folia articulis longitudine excellunt, et 15 folia verticillum composuisse videntur, quamvis plerumque tantummodo 10—12 folia conspici possint, cum duo vel plura ramo imposita sint aut ab illo obtegantur. Folia ejusdem verticilli omnia eandem longitudinem habuisse videntur, sed in ramis diversae aetatis longitudo foliorum valde variat, in adultis longitudinem fere pollicarem adipiscuntur, in junioribus 2 vel 3 lin. non excedunt. Sequuntur enim longitudinem articulorum rami, quibus paullo longiores sunt.

Conditio plantae viridis aut flaccida, sicca aut humida, antequam in lapidem includebatur, directionem foliorum constituit, et diversum adspectum ectypi efficit. Bruckmannia tenuifolia Sternb. (fasc. II. tab. 19. fig. 2.) et Bruckmannia rigida (ibid. tab. 19. fig. 1.) tales varietates praebere videntur.

Fructificationes rarius reperiuntur, quas ramis adnixas apud nos nondum vidi. Figura 4 specimen in comitatu Hennebergensi inventum proponit. Singulum amentum, Wet-

Aehre Fig. 5, die von Wettin stammt. Die ährenförmigen Früchte sitzen an den Aesten in den Blattwirteln, sind sehr lang und schmal und ähneln auffallend jungen Zweigtrieben, nur sind sie in Verhältniss zu ihrer Dicke viel dichter gegliedert, und die Zahl der aus einer Gliednaht entspringenden Blätter oder Grannen dürfte weit zahlreicher gewesen sein, als die Zahl der eigentlichen Blätter. Man bemerkt sowohl auf dem Mittelkörper der Aehre, als auch an dessen Seiten unter den Blättchen an deren Grunde mehrere kleine, länglich runde Erhöhungen, welche von Saamen herstammen könnten, aber doch nicht deutlich genug sind, um eine sichere Deutung zu erlauben. Es unterscheiden sich die Aehren des *Asterophyllites equisetiformis* von denen der Sphenophylliten durch längere Blätter oder Grannen und wahrscheinlich auch durch weit kleinere, die Glieder des Stammes nicht so vollständig und dicht bedeckende Saamen.

tini effossum, melius conservatum fig. 5 exhibet. Amenta axillis foliorum in ramis insident, longe extensa, sed angusta ramis junioribus nondum evolutis simillima, sed articuli, e quibus constant, illis ramorum multo breviores et crassiores sunt et numerus foliorum vel aristarum e suturis articulorum egredientium multo major quam aliorum foliorum fuisse videtur. In axi amenti et ad latera ejus a foliolis obtecta, tubercula parva, ovata, parum prominula observantur, quae seminum involucra crederem, tamen minus distincte expressa explicationem certam non permittunt. Amenta Asterophyllitis equisetiformis ab illis Sphenophyllitum foliolis aristis longioribus et verosimiliter etiam seminibus longe minoribus articulos caulis minore spatio obtegentibus distinguuntur.

Annularia longifolia.

(Heft II.) Taf. IX.

A. foliis verticillatis, uninerviis, linearibus, circiter 24 e centro communi articulos caulis cingente exeuntibus, ramis oppositis, divaricatis.

Scheuchz. Herbar. diluv. tab III. fig. 3. tab. XIII. fig. 3. — *Volkm.* Siles. subt. tab. XV. fig. 5 — *Schloth.* Flor. d. Vorw. tab. I. fig. 4. Versteiner. p. 397. *Casuarinites stellatus.*

Sternb. Flor. d. Vorw. p. 28. *Bornia stellata.*

Lindl. and *Hutt.* foss. Flor. of Great Brit. Vol. II. tab. 124. *Asterophyllites equisetiformis.*

Brongn. Prodr. p. 158. *Annularia longifolia.*

Fructus: amentum elongatum, articulatum, striatum, seminibus ovatis, lateralibus, magnis, basi foliis lineari-lanceolatis involutis.

Gutb. in d. Isis 1837. p. 436. — *Mylius* Memor. Saxon. subterr. Vol. I. fol. 19. fig. 9. — *Sternb.* Flor. d. Vorw. I. p. 29. tab. 45. fig. 2. *Bruckmannia tuberculata.* — *Brongn.* Prodr. p. 159. *Asterophyllites tuberculata.* — *Lindl.* et *Hutt.* foss. Flor. tab. 180.

Es kommt diese Pflanze an vielen Orten in der Steinkohlenformation vor, aber fast nur in einzelnen Wirteln oder Aesten. Sowohl bei Wettin, als bei Löbejün ist sie keine seltene Erscheinung, aber die bis jetzt aufgefundenen Fragmente reichen zu einer vollständigen Kenntniss der Pflanze noch nicht aus. Wahrscheinlich war aber die Pflanze krautartig, mit aufrecht stehendem perennirenden Stamme, von dem zweireihig, jedoch in einer Ebene liegend, Zweige abgingen, die sich nicht weiter verästelten, und deren Glieder durch eine Scheidewand getrennt wurden, aus welcher 24—27 lange, linienförmige, einnervige Blätter ausgingen, welche fast senkrecht gegen den Zweig standen.

Stärkere Stämme sind bei uns noch nicht aufgefunden, ich gebe daher (Fig. 1.) die Abbildung eines derselben von Zwickau. Der Stamm hat hier fast die Breite eines Zolles, ist gegliedert, fein und unregelmässig der Länge nach gestreift und war wahrscheinlich inwendig hohl, jedoch an den Gelenken wurde die Höhlung durch eine starke Scheidewand gedeckt, und diese Scheidewand erscheint dann bei der plattgedrückten Pflanze umgeknickt als eine Ellipse mit einer Centralerhöhung oder Centralvertiefung, bisweilen selbst wie durchbohrt. Bei den dickern Stämmen entdeckt man nicht leicht abgehende Zweige, weil vielleicht die Zweige nur oben nach der Spitze hin sassen, wie sie in Fig. 2. sichtbar werden, wo ebenfalls die Scheidewände des Stengels sehr deutlich vorhanden sind. Die Gelenke sind hier auch ringsum mit schmalen, linienförmigen Blättern umgeben, welche einen Wirtel bilden, während sie bei den Gelenken des dickern Stammes fehlen.

Annularia longifolia.

(Fasc. II.) Tab. IX.

A. foliis verticillatis, uninerviis, linearibus, circiter 24, e centro communi articulos caulis cingente exeuntibus, ramis oppositis, divaricatis.

Scheuchz. Herbar. diluv. tab. III. fig. 3. tab. XIII. fig. 3. — *Volkm.* Siles. subt. tab. XV. fig. 5. — *Schloth.* Flor. d. Vorw. tab. I. fig. 4. — Versteiner. p. 397. *Casuarinites stellatus.*

Sternb. Flor. d. Vorw. p. 28. *Bornia stellata.*

Lindl. and *Hutt.* foss. Flor. of Great Brit. Vol. II. tab. 124. *Asterophyllites equisetiformis.*

Brongn. Prodr. p. 158. *Annularia longifolia.*

Fructus: amentum elongatum, articulatum, striatum, seminibus ovatis, lateralibus, magnis, basi foliis lineari-lanceolatis involutis.

Gutb. in Iside 1837. p. 436. — *Mylius* Mem. Saxon. subterr. Vol. I. fol. 19. fig. 9. — *Sternb.* Flor. d. Vorw. I. p. 29. tab. 45. fig. 2. *Bruckmannia tuberculata.* — *Brongn.* Prodr. p. 159. *Asterophyllites tuberculata.* — *Lindl.* et *Hutt.* foss. Flor. tab. 180.

Multis locis haec planta in lithanthracum stratis reperitur, sed plerumque verticilli aut rami abscissi inveniuntur. Wettini et Lobejuni quoque saepius occurrit, sed fragmenta huc usque obvia ad totius plantae cognitionem non sufficiunt. Verosimiliter planta structuram herbaceam praebuit, stipite perenni erecto, cui bifariam sed in eodem plano rami simplices insidebant, quorum articuli diaphragmate, 24—27 folia longa, linearia, uninervia, horizontaliter expansa emittente distinguebantur.

Stipites crassiores apud nos nondum detexi, sed specimen Zwickaviae effossum fig. 1 depinxi. Stipes, cujus latitudo fere pollicem attingit, articulatus, subtiliter et longitudinaliter striatus, intus cavus fuisse videtur, sed cavitas in articulationibus diaphragmate clausa fuit, et in stipite depresso hoc diaphragma deflexum ellipsae medio concavae aut convexae vel quasi pertusae simile est. In speciminibus stipitum crassiorum rami vix apparent, forsan enim rami tantummodo propius apicem enascebantur, quales fig. 2. ostendit. In hoc specimine diaphragmata quoque satis perspicua sunt et articulationes foliis angustis linearibus verticillatis, quibus articulationes stipitum crassiorum carent, cinguntur.

Von dem Stamme weg gehen gegenständig und in einer Ebene liegend, lange, dünne Zweige ab, die mitunter über einen Fuss Länge erreichen, aber selten mehr als eine halbe Linie Breite haben, und unter einem Winkel von ohngefähr 45° sich aufwärts richten. Diese Aeste sind gegliedert, und am Gelenke sieht man ebenfalls einen elliptischen Eindruck mit einer Centralerhöhung oder Centralvertiefung, der ebenso wie bei dem Stengel von einer umgeknickten Scheidewand herrührt. Die Gelenke stehen bei den unteren Aesten etwas weiter von einander, als bei den oberen, auch sind die oberen Aeste etwas kürzer. Das Ende der Aeste bildete ein Blätterwirtel. (Fig. 3.)

Die Blätter gingen von den Gelenken aus und schliessen sich an den elliptischen Eindruck unmittelbar an, der für sie die gemeinschaftliche Basis bildet. Sie gehen alle excentrisch davon ab und bilden einen Wirtel, der 24 bis 27 Blätter enthält, welche fast senkrecht gegen den Zweig stehen, und in ihrem Abdrucke das Ansehen eines Sternes annehmen. Sie sind eben so lang oder wenig länger, wie die Glieder des Astes, linienförmig, doch nach beiden Enden sich etwas verschmälernd und mit einer Längsrippe versehen.

Die Aehren (Fig. 4.) sind bei Wettin und Löbejün eine seltene Erscheinung, während sie bei Manebach und Zwickau zu den weniger seltenen Abdrücken gehören. Sie wurden bis jetzt noch nicht an der Pflanze ansitzend angetroffen, aber bei Zwickau doch so mit ihr gesellschaftet, dass ihre Abstammung von derselben kaum zweifelhaft erscheint. Sie sind sehr lang und schmal, enggegliedert, die Glieder der Länge nach gestreift, und an den Gelenken mit einem Wirtel ziemlich kurzer, spitz zulaufender, nach oben gekrümmter Blätter versehen. An zwei entgegengesetzten Seiten lagen unter den Blättern die Früchte, welche im Abdrucke als fast kreisrunde Erhöhungen erscheinen, deren Durchmesser der Länge der einzelnen Glieder der Aehre gleichkommt.

Es schliesst sich diese Pflanze sehr nahe an Asterophyllites an, aber die Scheidewände der Gelenke, welche gleichsam eine Centralscheibe für die Blätter bilden, so wie die zweireihigen Früchte der Aehren unterscheiden sie.

Rami oppositi in eodem plano siti, longitudine interdum pedem superantes, latitudine vix lineam dimidiam excedentes, e stipite sub angulo circiter 45 graduum esurgunt. Hi rami pariter articulati sunt, et in articulationibus pariter impressionem ellipticam centro concavam aut convexam diaphragmatis deflexi superstitem observes. Articuli in ramis inferioribus longius distant quam in superioribus, et rami superiores quoque breviores sunt. Rami verticillo foliorum terminantur (fig. 3.).

Folia articulationibus ipsis insederunt et impressio elliptica illis basin communem praebuit. Omnes radiatim ab illa sese extendunt et verticillum formant, e 24—27 foliis, fere sub angulo recto e ramo enatis, asterisci formam fingentibus compositum. Folia linearia in basi apiceque angustata, longitudine aut longitudinem articulorum adaequant aut paullisper superant, atque vena longitudinali intermedia instructa sunt.

Amenta (fig. 4.) Wettini et Lobejuni rarius, sed prope Manebach et Zwickaviam saepius occurrunt. Quamvis plantae revera insidentia nondum detecta sunt, tamen prope Zwickaviam tali modo illi adsociata sunt, ut eorum origo vix dubium moveat. Forma elongata, angusta, articulis approximatis, longitudinaliter striatis, foliolis breviusculis apice acuminatis et curvatis verticillatim ex articulationibus enascentibus distinguuntur. Utrinque ad latera opposita a foliis involuta semina sedebant, quae in ectypo tubercula fere orbiculata, articulationibus haud breviora formant.

Haec planta ad Asterophyllites satis adpropinquat, sed diaphragmatis articulorum, quae discum communem foliis praebent, et seminibus amentorum bifariam positis ab iis distinguitur.

Equisetites lingulatus.

(Heft II.) Taf. X.

Schon lange waren mir cirunde oder elliptische flache Abdrücke mit concentrischer Struktur bekannt, welche von dem Durchmesser weniger Linien bis zu dem Durchmesser von zwei Zoll im Schieferthone von Wettin und Löbejün vorkommen, doch fand ich sie bei keinem Schriftsteller erwähnt. Ich hielt sie für Scheidewände der Calamiten, wiewohl ich mir nicht erklären konnte, auf welche Weise ein Calamit einen solchen Abdruck seines Querdurchschnittes habe hinterlassen können. Bei allen diesen Eindrücken bemerkt man eine schwache Centralerhöhung, oder, wie natürlich, im Gegendruck eine ihr entsprechende Centralgrube, die von einer ebenen Scheibe umgeben wird. Diese Scheibe umschliesst ein schmaler erhabener Ring, der innen mit kurzen dreiseitigen Spitzen oder Erhabenheiten besetzt zu sein schien, und dieser Ring wird von einem schmalen ebenen Gürtel umgeben, an dessen Rande sich ringsum eine breite wulstförmige Einfassung befand, die jedoch an ihrem Aussenrande nirgends eine scharfe Begränzung darbot, sondern sich in das Gestein hineinbog, oder mit demselben abriss, oder sich verwischte. Das in Fig. 1 abgebildete Exemplar gab mir nun die Gewissheit, dass der Abdruck deutlich die Struktur der Schachtelhalme zeige, dass die vermeintlichen Spitzen des innern Ringes von den Zellenwänden der innern cylinderförmigen Höhlen herrühren, dass der ebene Gürtel als helle Zeichnungen die grösseren Oeffnungen enthalte, und dass die wulstförmige Erhabenheit der äusseren Umhüllung angehöre, die innere ebene Scheibe aber die Centralhöhle des Stengels bedeckt habe. Man vergleiche damit die Abbildung eines Querdurchschnitts eines stark vergrösserten Stengels des jetzt wachsenden Equisetum hiemale*) Fig. 2, um sogleich die überraschende Aehnlichkeit zu finden. Wenn die hohle zarte Pflanze durch das sich auflegende Gestein einen Druck erlitt, so leisteten die Scheidewände der Stengel so viel Widerstand, dass sie umknickten und sich parallel der Schieferfläche legten, wodurch ihre Struktur vollständig sichtbar wurde, doch war auch wohl dieser Druck die Ursache, dass kein vollständig kreisrunder, sondern mehr ein elliptischer Abdruck entstand.

Das deutlichste Bild der ganzen Pflanze giebt ein einzeln aufgefundenes Exemplar, Fig. 3, in welchem die Scheidewand nicht völlig parallel der schieferigen Struktur geht, deshalb auch minder deutlich deren innere Struktur giebt, dafür aber den Stengel und die an der Wurzel in einer Scheide vereinigten Blätter enthält. Die Blätter sind sechs Linien lang, lanzettförmig, die Blattscheide hat über drei Linien Durchmesser, man sieht daher, dass sie viel länger und breiter waren, als bei den jetzigen Schachtelhalmen. Der Stengel scheint glatt gewesen zu sein.

*) aus Brongniart's Hist. des végét. foss. tab. 12. fig. 4 entlehnt.

Equisetites lingulatus.

(Fasc. II.) Tab. X.

Jam dudum ectypa orbiculata aut elliptica concentrice structa longitudine diametrali valde variabilia Wettini et Lobejuni observavi, tamen ab auctore nullo commemorata inveni. Primo diaphragmata Calamitum illa habui, quamquam quaestionem, quomodo Calamites talem effigiem diaphragmatis praebere possint, solvere non potui. Omnia haec ectypa centrum convexum (in specimine opposito concavum) a disco plano inclusum habent. Hic discus annulo angusto, convexo, intus tuberculis trigonis munito circumscribitur, cujus margini externo cingulus planus angustus adjacet. Hujus cinguli peripheria in zonam elevatam latiorem transit, cujus margo exterior non distincte terminatur, sed aut sensim evanescit, aut in lapidem intrat, aut cum lapide absciaditur. Specimen in fig. 1 depictum me edocuit, ectypum structuram Equisetacearum satis claram ostendere. Respondent tubercula annuli interna parietibus e cellulis compositis canalium longitudinalium caulis; colore magis albescente canales majores in cingulo plano dignosci possunt; zona elevata externa involucrum praebet et discus internus planus centro convexus a diaphragmate caulis originem ducit. Ut similitudo melius intelligatur, fig. 2 sectionem transversam valde auctam caulis Equiseti hiemalis*) nostrae florae addidi. Plantae tenerae intus cavae diaphragmata caulium duriora a pondere lapidis incumbentis ita deflexa sunt, ut in planitie schistosa lapidis explanata structuram bene demonstrent, etsi vis depressionis formam ectypi orbiculatam plerumque in formam ovatam vel ellipticam commutavit.

Totius plantae naturam optime specimen unicum fig. 3 depictum indicat. Diaphragma oblique planum schistosum penetrat, et minus perspicue singulas ejus partes oculo profert; adest autem caulis, adsunt folia basi in involucrum coalita. Folia lanceolata longitudinem 6 linearum attingunt, involucrum diametrum 3 linearum fere excedit et folia Equisetacearum nostri aevi et longitudine et latitudine longe superant. Caulem laevem fuisse credere fas est.

*) ex Brongniarti hist. des végét. foss. tab. 12. fig. 4 deprompt.

Ohne Bedenken ziehe ich auch das Fig. 4 dargestellte Stück als einen Schaft dieser Pflanze hieher, obgleich seine Dimensionen beträchtlicher sind und auf einen Stamm von mehreren Fuss Höhe hinweisen. Die äussere Haut war ohne bemerkbare Unebenheiten und nur sehr fein gerunzelt, an den zwei Zoll von einander entfernten Gelenken bemerkt man deutlich einen breiten Quereindruck, und in diesem dicht neben einander stehende Gruben und kleine dadurch gebildete Erhöhungen, welche den Seitenöffnungen der Equiseten ähnlich sind. (Brongniart hist. d. végét. foss. tab. 11. fig. 6.)

Ausser diesem Equisetites lingulatus findet sich, wie es scheint, auch Equisetites infundibiliformis Brongn. (hist. d. végét. foss. tab. 12. fig. 15. 16.) bei Wettin, doch fand sich bisher nur ein einziges, nicht recht deutliches in Fig. 5 abgebildetes Exemplar in dem Brandschiefer des 4. Flötzes. Das von Brongniart fig. 14 abgebildete Exemplar dürfte schwerlich hieher, sondern richtiger zu Equisetites mirabilis Sternb. gehören, der ausser Saarbrücken auch bei Zwickau (Gutbier Verstein. tab. 3. b. fig. 5. 6.) und bei Radnitz in Böhmen sich findet, aber bei uns noch nicht vorkam.

Specimen fig. 4 depictum fragmentum caulis hujus plantae fuisse me persuasum habeo, etsi caulis magnitudinem majorem altitudinem plurium pedum attingentem indicat. Epidermis subtiliter rugata majores inaequalitates non demonstrat, articuli caulis bipollicares sulco lato transverso inter se separantur, et in hoc sulco seriem transversam foveolarum et verrucarum alternantium observes, quae foraminibus lateralibus Equisetaceorum haud absimiles sunt. (Conf. Brongn. hist. d. végét. foss. tab. 11. fig. 6.)

Equisetitem infundibiliformem Brongn. (hist. d. vég. foss. tab. 12. fig. 15. 16.) etiam Wettini quondam floruisse, specimen unum, minus distincte expressum, in schisto bituminoso strati quarti inventum, fig. 5 depictum suspicari licet. Brongniarti figuram 14 vix ad hanc speciem, sed melius ad *Equisetitem mirabilem* Sternb., ad Saarbruckum, Zwickavium (Gutbier Versteiner. tab. 3 b. fig. 5. 6.) et Radnitz in Bohemia, neque vero huensque apud nos inventum adscribas.

EMENDANDA IN FASCICULO I.

Pag. 5. lin. 18. pro *enascunt* lege *enascuntur*

— 10. — 19. — *dichotomae* — *dichotome.*

Die

Versteinerungen des Steinkohlengebirges

von

Wettin und Löbejün

im Saalkreise,

bildlich dargestellt und beschrieben

von

Ernst Friedrich Germar,

Dr. der Medic. u. Philos., Oberbergrath, öffentl. ordentl. Profess. d. Mineralogie und Direktor des akadem. mineralogischen Museums an der Univers. Halle-Wittenberg, mehrerer gelehrten Gesellsch. Mitgliede.

Drittes Heft

mit 5 Tafeln Abbildungen.

PETRIFICATA

STRATORUM LITHANTHRACUM

WETTINI ET LOBEJUNI

IN

CIRCULO SALAE

REPERTA.

DEPINXIT ET DESCRIPSIT

ERNESTUS FRIDERICUS GERMAR

MED. ET PHILOS. DR., A SUMMIS RERUM METALLICARUM CONSILIIS, MINERAL. PROFESSOR PUBL. ORD., MUSEI MINERALOG. ACAD. HALENSIS ET VITEBERGENSIS CONSOCIATAE DIRECTOR, COMPLUR. SOCIETAT. LITERAR. SODALIS.

FASCICULUS TERTIUS

TABULAS QUINQUE EXHIBENS.

Halle,

C. A. Schwetschke und Sohn.

1845.

Sigillaria Brardii.

(Heft III.) Taf. XI.

S. caule submamilloso, mamillis planiusculis, sulcis obtusis transverse reticulatis distinctis, superficie exteriore corticis laevi; caule decorticato longitudinaliter striato. Cicatrices subrotundae mamillis dimidio minores, lateribus angulosis acutiusculis, margine superiore emarginato; cicatrices vasculares ternae, oblongae, intermedio transversali.

Brongn. Class. des veget. foss. tab. 1. fig. 5. *Clathraria Brardii.* Hist. des veget. foss. I. p. 430 tab. 158. fig. 4. *Sigillaria Brardii.*

Sternberg Vers. IV. pag. XIV. *Favularia Berardi.*

Rost Dissert. p. 9. *Lepidodendron dichotomum.*

Wenn auch schon die von Brongniart beschriebene Sigillaria Brardii nicht mit voller Sicherheit als die bei Wettin und Löbejün aufgefundene anzunehmen ist, so passt doch seine Beschreibung und Abbildung, die freilich nach einem kleinen und unvollständigen Exemplare entworfen wurde, so gut, dass ich Bedenken tragen muss, einen neuen Namen einzuführen.

Das beste der aufgefundenen Exemplare (Fig. 1.) giebt einen Abdruck der äussern Rinde des Stammes und zugleich die Versteinerung des entrindeten Stammes. Um nun die äussere Rinde des Stammes (Fig. 2.) zu erhalten, darf man nur mit Wachs, Siegellack, Gyps u. s. w. sich einen Abguss des Abdruckes machen, und man sieht dann, dass der Stamm mit wenig erhabenen rhombischen Erhöhungen besetzt ist, die dicht an einander schliessen und spiralförmig um den Stamm laufen. Diese Erhöhungen, welche man als Blattpolster betrachten kann, werden nur durch eine vertiefte Linie von einander getrennt, sie sind ziemlich doppelt so breit wie lang, und auf den Quadratzoll kommen ohngefähr 25 Blattpolster. Oben auf diesen Erhöhungen stehen die Blattnarben, die nur die Hälfte des Durchmessers der Blattpolster haben, und als symmetrische Trapeze betrachtet werden können, deren Gipfelwinkel stumpfer ist als der entgegengesetzte. Diese beiden Winkel sind gerundet, der Gipfelwinkel sogar, wenn man einen ganz reinen Abdruck erhält, etwas ausgerandet, die Seitenwinkel sind dagegen scharf und spitzig. In dem obern Theile der Blattnarbe befinden sich die Narben von drei Gefässbündeln, von denen, wenn sie vollständig sichtbar werden,

Sigillaria Brardii.

(Fasc. III.) Tab. XI.

S. caule submamilloso, mamillis planiusculis, sulcis obtusis transverse reticulatis distinctis, superficie exteriore corticis laevi; caule decorticato longitudinaliter striato. Cicatrices subrotundae mamillis dimidio minores, lateribus angulosis, acutiusculis, margine superiore emarginato; cicatrices vasculares ternae, oblongae, intermedio transversali.

Brongn. Class. des veget. foss. tab. 1. fig. 5. *Clathraria Brardii.* Hist. des veget. foss. I. p. 430. tab. 158. fig. 4. *Sigillaria Brardii.*

Sternberg Tentam. IV. p. XIV. *Favularia Berardi.*

Rost Dissert. p. 9. *Lepidodendron dichotomum.*

Quamquam Sigillaria Brardii a Brongniarto descripta non absque ullo dubio ad plantam Wettini et Lobejuni inventam referri potest, tamen ejus descriptio et figura, quae quidem ad specimen parvum mancum spectant, ita conveniunt, ut nomen novum imponere inutile censeam.

Specimen bene conservatum (Fig. 1.) typolithum corticis externae stipitis simulque stipitem decorticatum praebet. Stipitis cortex externa facile cera, lacca signatoria, gypso etc. impressione depingi potest, et tali modo edocti sumus, stipitem mamillis planiusculis, rhombicis, dense approximatis, spiraliter caulem ambientibus obtectum fuisse. (Fig. 2.) Omnes mamillae, quae pulvini foliorum dici possunt, tantummodo linea impressa inter se distinguuntur, latitudine longitudinem bis fere superant, et digitus quadratus circiter viginti quinque mamillas continet. Cicatrices foliorum in medio elevato mamillarum sitae dimidiam magnitudinem mamillarum attingunt et figuras geometricas trapeza symmetrica dictas formant, quarum angulus superior opposito obtusior est. Ambo anguli rotundati sunt, superior in speciminibus bene expressis praeterea subemarginatus, anguli laterales autem acuti et acuminati. In parte superiore cicatricis folii cicatrices vasculares tres observantur, quarum laterales in speciminibus

zwei der Länge nach laufen, der dritte etwas höher in der Mitte über den beiden vorigen liegt und in die Quere gerichtet ist. Fig. 2 giebt eine vergrösserte Darstellung. In den Eindrücken, welche die Blattpolster im Gesteine hinterlassen haben, liegt häufig noch eine dünne Kohlenhaut, welche die Innenseite der Rinde darstellt, und der Länge nach fein wellenförmig gestreift ist.

Von dem Hauptstamme in diesem Exemplare geht ein Seitenast ab, der aus dem Gesteine herausgenommen werden kann, und dann im Abdrucke den Abdruck des Hauptstammes fortsetzt, jedoch die Kohlenhaut, die sehr dünn ist, entweder im Abdrucke sitzen lässt, oder sie ganz verliert, und dann auf beiden Seiten nur die entrindete Oberfläche zeigt. Die Oberfläche besteht dann aus dicht neben einander stehenden, flach gewölbten, und gleichsam in einander fliessenden, fein wellenförmig gestreiften Rhomben, in deren Mitte man noch die Narben der Gefässbündel, wiewohl undeutlicher, bemerkt, so dass auf manchen dieser Rhomben nur noch ein, oft zwei, selten alle drei Gefässbündel zum Vorschein kommen. Was jedoch diesen Ast noch besonders auszeichnet, ist, dass er in Entfernungen von 3 — 4 Zoll Querreihen elliptischer Höhlungen, mit einem Längsdurchmesser von 2 Linien zeigt, die kaum von etwas Anderem als der Einfügung quirlförmig abgehender Zweige herrühren können, und auf eine Verwandtschaft mit Coniferen hinweisen. Die Zahl dieser Gruben ist etwas veränderlich, gewöhnlich bemerkt man auf einer Reihe vier bis fünf, also acht bis zehn für den ganzen Umfang, doch findet man auf manchen Exemplaren mehr, auf andern weniger. Bis jetzt sind dieselben auf allen aufgefundenen Exemplaren (9) beobachtet worden.

Die übrigen Exemplare stellen theils Abdrücke der äussern Rinde, theils Bruchstücke von entrindeten Aesten dar, und lassen keine weiteren Verschiedenheiten wahrnehmen, als dass bei einigen die Blattnarben etwas grösser oder kleiner sind.

Ich bin lange zweifelhaft gewesen, und bin es zum Theil noch, ob die von Sternberg Fasc. III. pag. XXV. tab. 52. fig. 2. nach dem Exemplare unseres Museums beschriebene und abgebildete *Catenaria decora* (Fig. 3.) von unserer Sigillaria Brardii wesentlich verschieden sei, zumal da bis jetzt kein zweites Exemplar dieser Pflanze aufgefunden ist. So viel ist gewiss, das Stück gehört einem entrindeten Stamme oder Zweige an, dessen Unebenheiten nicht recht ausgedrückt vorkommen. Die Oberfläche ist fein und wellenförmig in die Länge gestreift und ausserdem wechseln ohngefähr eine Linie breite flache Längsfurchen mit eben so breiten Erhöhungen ab, wodurch das Ganze den Syringodendren ähnlich wird, aber die Wölbungen sind so flach, dass sie, besonders an den Seiten fast ganz verschwinden, ja sie sind auch zum Theil stellenweise so unterbrochen, dass man in ihnen nur die Andeutungen reihenförmig gestellter Unterlagen der Blattpolster der äussern Rinde zu erkennen glaubt. Die Narben der Gefässbündel der Blätter stehen dicht, paarweise und bilden kurze, schmale, erhabene Linien oder Eindrücke. Ziemlich in der Mitte umgürten den Ast elliptische, eine bis anderthalb Linien lange Gruben mit einer Centralerhöhung, wie wir sie

illaesis longitudinaliter, intermedia autem illis superius posita transversim diriguntur. Fig. 2. situm magnitudine aucta demonstrat. In impressionibus a mamillis in lapide relictis saepius cutis tenuis e carbone constans remansit, corticis latus interius subtiliter et longitudinaliter undulato-striatum oculo offerens.

Stipes speciminis nostri ramum emittit lapidi ita impositum, ut ei detrahi possit et in typolitho relicto impressionem stipitis principalis non mutet. Cortex quasi cutis tenuis e carbone constans aut typolitho adhaeret aut omnino evanescit, et ramus in toto ambitu cortice caret. Tota superficies trunci mamillis parum elevatis, dense approximatis quasi confluentibus, subtiliter undulato-striatis, rhombicis, obtegitur et in medio rhomborum cicatrices vasculares quamvis minus distinctae, (interdum tantummodo una, saepius duae, rarius omnes tres) apparent. Praeterea huic ramo hoc peculiare est, quod fovearum ellipticarum duas lineas longarum series transversales tres vel quatuor pollices distantes eum ambiunt, quae foveae vix alia re nisi insertis ramis verticillatis effectae sint et affinitatem cum arboribus coniferis indicent. Numerus harum fovearum quodammodo variat, plerumque series unius lateris quatuor vel quinque foveas, totus igitur circuitus octo vel decem continet, sed in nonnullis speciminibus plures, in aliis minores occurrunt. Hucusque in speciminibus omnibus repertis (9) tales foveae observatae sunt.

Specimina omnia aut typolithos corticis externae, aut fragmenta ramorum decorticatorum praebent et cum descriptis omnino conveniunt, nisi quod in nonnullis cicatrices foliorum paullo majores aut minores evadunt.

Diu dubitavi et adhuc dubito, an *Catenaria decora* (Fig. 3.) a Com. Sternberg fasc. III. p. XXV. tab. 52. fig. 2. secundum specimen nostri musei descripta et depicta revera a nostra Sigillaria Brardii distincta sit, quum alterum specimen, quod dubia solvat, hucusque non inventum sit. Id saltem certum est, quod hoc specimen ab stipite aut ramo decorticato originem ducit, cujus structura minus distincte expressa est. Superficies ejus subtiliter undulatim longitudinaliter striata est, et praeterea sulci longitudinales parum profundi circiter unam lineam lati cum convexitatibus aeque latis instar Syringodendrorum alternant, sed convexitates tam parum elevatae sunt, ut, praesertim versus latera stipitis, fere deplanentur, et saepius pro parte ita interrumpuntur, ut in illis vestigia subiculorum mamillarum corticis externae cognoscere credas. Cicatrices vasculares foliorum binae approximatae carinulas aut rimas breves, lineares efficiunt. Fere in medio speciminis series fovearum ellipticarum lineam unam vel unam et dimidiam longarum in centro um-

bei Sigillaria Brardii sahen. Es sind noch zwei einzelne, runde, mit Kohle ausgefüllte Vertiefungen in der Nähe jenes Grubengürtels vorhanden, welche aber als zufällig und nicht zur Pflanze unmittelbar gehörig zu betrachten sein möchten. Die Unterseite des Stammes ist ganz mit dem Gesteine verwachsen und durch keine Kohlenhaut von demselben getrennt.

Es sind die die Zweige umgebenden Gürtel von elliptischen Gruben, wie wir dieselben bei den vorliegenden Exemplaren sehen, bei vielen Sigillarien keine eben seltene Erscheinung, und sie dürften vielleicht nur an den Aesten, nicht aber an dem Stamme selbst vorkommen. *Petzhold* gründete darauf seine *Calamosyrinx*, die jedoch, wenn die Gattung überhaupt angenommen werden könnte, mit *Catenaria* einerlei sein würde.

Fig. 1. Sigillaria Brardii. Fig. 2. die äussere Rinde desselben, nach einem vom Stamme genommenen Abgusse. Fig. 3. Catenaria decora.

biticatarum, quales in Sigillaria Brardii observavimus, ramum cingit. Praeterea impressiones duae rotundae carbone repletae cingulo fovearum adjacent, quas tamen non necessarias a planta alienas credo. Pars inferior trunci cum lapide coaluit et tegumento e carbone contexto omnino caret.

Zonae fovearum ellipticarum ramos ambientes, quales specimina descripta habent, in multis Sigillariis haud raro observantur et forsan tantummodo ramis, neque vero truncis insidebant. *Petzholdius* genus proprium *Calamosyrinx* dictum propter illas foveas condidit, sed hoc genus, si revera admittamus, a genere Catenariae non recedit.

Fig. 1. Sigillaria Brardii. Fig. 2. cortex externa secundum trunci imaginem in gypso expressam depicta. Fig. 3. Catenaria decora.

Neuropteris ovata.

(Heft III.) Taf. XII.

N. fronde tripinnata, pinnis pinnulisque patentibus, pinnulis integris ovatis, obtusissimis, convexis, basi dilatata contiguis, infima cujusque pinnae rhachidi communi dimidiata parte vel tota basi inserta, nervulis e nervo medio angulo acuto exeuntibus, arcuatis, bis terve furcatis.

Brongn. Hist. nat. des veget. foss. p. **328. 43.** tab. **107.** fig. **4.** *Pecopteris ovata.*

Göpp. Syst. Filic. p. **315. 33.** *Alethopteris ovata.*

Sternb. Flor. d. Vorw. p. **150. 21.** *Pecopteris ovata.*

Rost Dissert. p. **23. 6.** *Neuropteris mirabilis.*

Bei Wettin und Löbejün in einzelnen Blattstücken nicht selten, die durch ihre Grösse auf ein Farrnkraut hinweisen, dessen Wedel mehrere Fuss Länge und Breite besassen, weshalb man leicht verleitet wird, einzelne Blattstücke für Wedelstücke anzusehen.

Die Spindel des Wedels scheint verhältnissmässig keine sehr grosse Dicke besessen zu haben, denn selbst bei den Stücken, die dem Anscheine nach den untern Theilen des Wedels angehören, erlangt sie in den Abdrücken nicht mehr als ohngefähr drei Linien Breite. Man bemerkt auf ihr keine weiteren Unebenheiten als eine feine Längsstreifung. Unten laufen aus ihr alternirend, und ihr an Breite kaum nachstehend die Spindeln der Blätter ab, nach oben zu aber biegt sich die Hauptspindel bei jeder ablaufenden Blattspindel knieförmig, und wahrscheinlich endigt sich der Wedel mit dichotomer Theilung wie bei Neuropteris auriculata.

Die Blätter gehen fast rechtwinkelig von der Hauptspindel weg, bleiben auf eine bedeutende Länge gleich breit und verschmälern sich dann allmählig in eine lange und scharfe Spitze. Die mittlere Breite des Blattes möchte sich zu dessen Länge ohngefähr wie eins zu drei verhalten. Aber ausser diesen Blättern laufen von der Hauptspindel noch kleine kurze Blätter, vollkommen denen der Blattfiedern ähnlich ab. Es entspringt auch die unterste Blattfieder in dem Winkel, welchen die Blattspindel an ihrem Ursprunge mit der Wedelspindel macht.

Die Blattfiedern gehen rechtwinkelig oder fast rechtwinkelig von der Blattspindel weg, und bleiben bis kurz vor ihrem Ende gleich breit, nur dass die nach der Spitze des Blattes hinliegenden sich verkürzen, doch beginnt diese Verkürzung erst bei zwei Drittheil der Länge des Blattes, während sie bis

Neuropteris ovata.

(Fasc. III.) Tab. XII.

N. fronde tripinnata, pinnis pinnulisque patentibus, pinnulis integris ovatis, obtusissimis, convexis, basi dilatata contiguis, infima cujusque pinnae rhachidi communi dimidiata parte vel tota basi inserta, nervulis e nervo medio angulo acuto exeuntibus, arcuatis, bis terve furcatis.

Brongn. Hist. nat. des veget. foss. p. **328. 43.** tab. **107.** fig. **4.** *Pecopteris ovata.*

Göpp. Syst. Filic. p. **315. 33.** *Alethopteris ovata.*

Sternb. Flor. d. Vorw. p. **150. 21.** *Pecopteris ovata.*

Rost Dissert. p. **23. 6.** *Neuropteris mirabilis.*

Prope Wettinum et Lobejunum foliorum fragmenta singula frequenter inveniuntur, quorum magnitudo filicem indicat, cujus frondes plures pedes tum longitudine, tum latitudine attingebant, quapropter caveas, ne folia cum frondibus commutes.

Frondis rhachin debilem fuisse censeo, nam in speciminibus, quae inferiori parti frondis adscribo, vix latitudinem trium linearum excedit. Cutis ejus, praeter strias longitudinales subtiles, caelaturam peculiarem non praebet. In inferiore parte rhachides secundariae vix angustiores alternatim exeunt, sed in superiore parte rhachis primaria ad originem cujusvis rhachidis secundariae geniculatim flectitur et apex frondis verosimiliter dichotome dividitur, sicut in Neuropteride auriculata jam observavimus.

Folia a rhachide primaria sub angulo fere recto dimittuntur, et per majorem extensionis partem latitudinem haud commutant, apicem versus autem sensim in apicem longum acutangulum diminuuntur. Latitudo media folii ab ejus longitudine circiter ter superatur. Sed praeter folia majora rhachidi primariae etiam folia minora, breviora, pinnis similia imposita sunt, et pinna infima semper angulo basali rhachidis primariae et secundariae inserta est.

Pinnae sub angulo recto aut parum obtuso a rhachide primaria decurrunt, atque per maximam longitudinis partem eandem latitudinem habent, nonnisi pinnae apicem propius sitae sensim breviores evadunt. Pinnae enim a basi usque

dahin ziemlich gleiche Länge behalten. Sie stehen so weit von einander entfernt, dass sie sich nicht berühren, und jede vollkommen frei im Gesteine sichtbar wird. Die Fiederblättchen, aus denen sie bestehen, sind kaum doppelt so lang als breit, am Ende sehr stumpf gerundet, mit ihrer ganzen Basis an die Mittelrippe angewachsen und die benachbarten hier auch mit einander verwachsen. Sie sind alle gewölbt und haben niedergebogene Ränder, und erscheinen daher im Abdrucke concav mit vorspringenden Rändern. Die nach der Spitze hin gelegenen werden kürzer und halbkreisförmig, das Endblättchen ist etwas schief eirund. Die Convexität der Fiederblättchen verursacht, dass ihre Ränder mehr oder minder tief in das Gestein eingewachsen sind, und ihre äusserste Begränzung nicht sichtbar wird, und dies ist die Ursache, dass manche Fiederblättchen am Ende zugespitzt oder an den Seiten geschweift erscheinen. Das untere Blättchen an der Wurzel verwächst mit der Spindel des Fiederblattes, und ausserdem legt sich, besonders nach unten hin, noch ein besonderes Fiederblättchen an die Spindel an. Nach der Spitze des Blattes hin hört die Theilung der Fiedern in einzelne Blättchen allmählig auf und die Fiedern werden einfach. Die Spitzfieder der Blätter ist länglich eirund, an der Wurzel gelappt. Die Mittelader der Fiederblättchen bleibt bis etwas über die Mitte hinaus deutlich und löst sich dann in mehrere Nebenadern auf, die vor Erreichung des Randes sich gabelförmig verästeln, die übrigen Nebenadern (7—8 auf jeder Seite) laufen unter einem sehr spitzen Winkel von der Mittelader weg und gabeln sich nicht weit von ihrem Ursprunge, manche gabeln sich auch nochmals, bevor sie den Rand erreichen.

Fruktification habe ich noch an keinem Exemplare bemerken können, vielleicht, dass die concave Unterseite der Blätter immer mit dem Gesteine völlig verwachsen ist, und nur die Oberseite, oder deren Abdruck sichtbar wird.

Brongniart, der nur ein einzelnes Blattstück dieser Art kannte, bringt dieselbe unter Pecopteris, indessen der zahlreichere Aderverlauf in den Fiederblättchen, die nur bis über die Mitte, aber nicht bis zum Rande reichende Mittelader der Fiederblättchen, die Anlage zur Dichotomie und die Nebenfiedern an der Spindel des Wedels und der Blätter reihen sie näher an Neuropteris.

Fig. 1. giebt ein Bruchstück eines kleineren Wedels, nahe an der Endspitze, wo die winkelig gebogene Spindel die Annäherung zur Dichotomie zeigt. Fig. 2. stellt das Ende eines Blattes dar, dessen obere Fiedern nicht getheilt sind. Fig. 3. möchte das dichotome Ende eines Wedels sein. Fig. 4. giebt eine einzelne Fieder und Fig. 5. zwei Fiederblätter, letztere vergrössert, um den Aderverlauf genauer darstellen zu können.

ad tertiam longitudinis partem eandem longitudinem retinent, et tum demum abbreviantur. Tali spatio inter se distant, ut vicinae non invicem se tangant, et quaevis pinna nulli contigua in lapide conspiciatur. Pinnulae, quae pinnam componunt, longitudine latitudinem vix bis superant, apice obtuse rotundatae sunt, basi tota venae communi insident et vicinae inter se basi connatae sunt. Pinnulae omnes convexae, margine deflexae fuisse videntur, quapropter in ectypo opposito concavae, marginibus prominentibus conspiciuntur; apici propinquiores diametrum longitudinalem diminuunt et formam semicircularem accipiunt, pinnula apicalis oblique ovata enascitur. Convexitas pinnularum efficit, ut margines plus minusve in lapidem intrent, et margo extremus non conspiciatur, unde evenit, ut plures pinnulas margine sinuatas aut apice acuminatas esse credas. Pinnula basalis infima cum rhachide folii cohaeret, et praeterea pinnula solitaria, praesertim in inferiore folii parte, rhachidi inserta est. Versus apicem folii pinnarum in singulas pinnulas divisio paulatim desinit, et pinnae integrae oriuntur. Pinna terminalis foliorum forma oblongo-ovali, basi utrinque lobata excellit. Nervus medius pinnularum ultra medium pinnulae extenditur, antequam in plures venulas ad marginem dichotomas dissolvitur, reliquae venulae, (septem vel octo in utroque latere) sub angulo acutissimo e nervo medio exoriuntur, et jam prope basin furcatae apparent, plures, antequam marginem attingunt, rursus dichotome dividuntur.

Fructificationes observare nondum licuit, forsan pinnularum pars inferior concava semper cum lapide coaluit, et nonnisi pars superior aut ejus ectypum in oculos cadit.

Brongniart, qui singulum folii fragmentum tantummodo cognovit, nostram speciem in genere Pecopteridis collocat; at venulis numerosis pinnularum, brevitate venae intermediae, quae vix medium superat, neque vero marginem attingit, vestigiis dichotomiae frondis et pinnis pinnulisque accessoriis rhachidum propius ad Neuropteridas accedit.

Fig. 1. fragmentum apicale frondis junioris, rhachide geniculata ad dichotomiam adpropinquante, praebet. Fig. 2. partem apicalem folii, pinnis apicalibus haud divisis, exhibet. Fig. 3. partem apicalem dichotomam frondis continere videtur. Fig. 4. pinnam singulam, Fig. 5 duas pinnulas magnitudine auctas, ut nervorum decursus exactius videatur, proponit.

Pecopteris longifolia.

(Heft III.) Taf. XIII.

P. foliis pinnatis, pinnis oblongo-linearibus, obtusis, basi contractis, cordato-rotundatis, margine lobato-crenatis et inferius flexis, nervo medio valde notato, apice attenuato, nervis secundariis subperpendicularibus; nervulis e nervo secundario pinnatim exeuntibus, obliquis, arcuatis, marginem attingentibus, nec inter se confluentibus; pinnis inferioribus pinnatifidis, pinnulis oblongis, linearibus, apice obtuse rotundatis, basi unitis.

Brongn. Hist. des veget. foss. p. **273. 1.** tab. **83.** fig. **2.** *Pecopteris longifolia.*

Göpp. Syst. Filic. p. **275. 2.** *Diplazites longifolius.*

ibid. p. **274. 1.** tab. **16.** fig. **1. 2.** *Diplazites emarginatus.*

Sternb. Vers. fasc. V. p. **158. 63.** *Pecopteris longifolia.*

ibid. p. **158. 64.** *Pecopteris emarginata.*

Dieses durch seinen Aderverlauf sehr ausgezeichnete Farrnkraut findet sich bei Wettin nicht sehr selten in einzelnen Fiedern, selten schon in grösseren Bruchstücken von Blättern, und von einem Wedelbruchstücke ist mir erst ein einziges Exemplar vorgekommen. Es nehmen aber die Fiedern nach ihrer Stellung und wahrscheinlich auch nach dem Standorte des Blattes am Wedel einen verschiedenen Umriss an, und man kann daher leicht verleitet werden, Verschiedenheiten für wesentlich zu halten, die es nicht sind.

Es liegt kein Blatt so vollständig vor, dass der Umriss genau angegeben werden könnte; wenn man aber annehmen darf, dass die Fiedern oben glattrandig, in der Mitte am Rande lappig-gebuchtet, unten in besondere Fiederblättchen getheilt waren, so lassen die vorhandenen Exemplare schliessen, dass die Blätter eine Länge von 2 — 3 Fuss erreichten, unten und bis zur Mitte hin 5 bis 6 Zoll Breite besassen, dann aber allmählig, und wahrscheinlich schon von der Mitte weg an Breite abnahmen, und nach der Spitze hin, nur noch ½ bis 1 Zoll Breite besassen.

In dem Exemplare Fig. 1 haben wir das Ende eines Blattes vor uns, das bei 5½ Zoll Länge, die Breite von 2 Zoll an seinem untersten Theile noch nicht überschreitet. Die einzelnen Fiedern sind durchaus glattrandig, elliptisch, an den Wurzelecken gerundet, bei der Mittelader etwas ausgebuchtet. Die Mittelader läuft durch, von ihr weg gehen senkrechte Neben-

Pecopteris longifolia.

(Fasc. III.) Tab. XIII.

P. foliis pinnatis, pinnis oblongo-linearibus, obtusis, basi contractis, cordato-rotundatis, margine lobato-crenatis et inferius flexis, nervo medio valde notato, apice attenuato, nervis secundariis subperpendicularibus; nervulis e nervo secundario pinnatim exeuntibus, obliquis, arcuatis, marginem attingentibus, nec inter se confluentibus; pinnis inferioribus pinnatifidis, pinnulis oblongis, linearibus, apice obtuse rotundatis, basi unitis.

Brongn. Hist. des veget. foss. p. **273. 1.** tab. **83.** fig. **2.** *Pecopteris longifolia.*

Göpp. Syst. Filic. p. **275. 2.** *Diplazites longifolius.*

ibid. p. **274. 1.** tab. **16.** fig. **1. 2.** *Diplazites emarginatus.*

Sternb. Tentam. fasc. V. p. **158. 63.** *Pecopteris longifolia.*

ibid. p. **158. 64.** *Pecopteris emarginata.*

Haec Pteridis species venarum decursu excellens Wettini plerumque singulas pinnas, rarius foliorum fragmenta praebet, frondis autem fragmentum hucusque unicum innotuit. Pinnae secundum insertionem et forsan etiam secundum situm folii in fronde forma variant et facile observator decipi potest, ut tales differentias essentiales credat.

Nullum folium ita completum hucusque occurrit, ut forma exacte describi possit, sed si sumamus, pinnas superiores integras, intermedias margine lobato-sinuatas, inferiores in pinnulas divisas fuisse, exempla inventa indicare videntur, folia longitudinem bi-aut tripedalem, a basi usque ad medium latitudinem quinque aut sex pollicum attigisse, a medio autem ad apicem sensim latitudine decrevisse et apiei propius tantummodo unum pollicem vel dimidium lata fuisse.

Specimen fig. 1 apicem folii demonstrat, quod quinque pollices et dimidium longum, in inferiore parte latitudinem bipollicarem non superat. Pinnae omnes integrae, ellipticae, angulis basalibus rotundatae, ad originem nervi intermedii subsinuatae sunt. Nervus intermedius pinnam percurrit et

adern, aus denen wieder auf jeder Seite zwei bis drei Nebenäderchen federartig abgehen, und sich so biegen, dass die benachbarten sich nicht berühren, sondern alle im Rande auslaufen. In dem Exemplare Fig. 2, das auch dem Endtheile eines Blattes angehört, sind die Fiedern schon bedeutend länger, 19 — 20 Linien lang, 3½ Linien breit, die Adern treten weit deutlicher hervor, aber der Rand ist noch ganz ungekerbt. In dem Exemplare Fig. 3, dem mittleren Theile von zwei, einem Wedel angehörigen Blättern, wird der Rand der Fiedern deutlich gekerbt, in die Mitte jedes durch die Kerbung gebildeten Lappens läuft eine auf der Hauptader rechtwinkelig stehende Nebenader, mit dem ihr zugehörigen Adersysteme von Nebenäderchen, je drei bis vier auf einer Seite aus, und die Fiedern sind fast fünfmal so lang wie breit. Der Wurzel des Blattes näher, Fig. 4 wird die Kerbung der Fiedern immer tiefer, und es theilt sich dann die Fieder in einzelne Fiederblättchen, welche fast doppelt so lang als breit, an der Spitze stumpf gerundet sind und eine durchlaufende Mittelader haben, von welcher weg bogenförmig und federartig auf jeder Seite 4 bis 5 Nebenadern ablaufen, die fast alle im Spitzrande münden, so dass also das Adersystem unverändert bleibt, und jedes Fiederblättchen sein besonderes Adersystem hat.

Noch als ein Merkmal dieser Art kann angesehen werden, dass die Fiedern an der Blattspindel so weit von einander getrennt stehen, dass bei natürlicher Lage die Ränder der benachbarten Fiedern sich nicht berühren. Auch erscheinen die Ränder der Fiedern immer etwas niedergebogen.

Nicht sehr selten findet man einzelne Fiedern mit den Ueberresten der ehemaligen Fruktification (Fig. 5.), wie sie auch schon Göppert beobachtet hat, aber man sieht keine deutliche Begränzung der Soren, sondern die ganze Blattfläche ist mit kleinen unregelmässigen Querrunzeln bedeckt, in denen hie und da, einzelne rundliche oder körnerförmige Erhöhungen sichtbar werden. Göppert nimmt an, dass hier die Fruktification sich im überreifen Zustande befinde. Bei manchen, wie auch bei dem Göppertschen Exemplare, hört diese runzelige Struktur vor der Spitze wieder auf und die Adern werden sichtbar, dies scheint aber dadurch entstanden zu sein, dass die Unterseite des Blattes hier mit dem Gesteine vereinigt blieb, und die Spitze den Abdruck der Oberseite der Fieder darstellt.

Weder Brongniart noch Göppert kennen den Fundort ihrer Exemplare. Mir ist diese Art ausser bei Wettin noch nicht vorgekommen.

Fig. 1. Ende eines Blattes. Fig. 2. Blattstück vor der Spitze des Blattes. Fig. 3. Zwei zu einem Wedel gehörige Blattstücke, wahrscheinlich den mittleren Theil der Blätter darstellend. Fig. 3. A. Aderverlauf einer vergrösserten Fieder. Fig. 4. Einzelne in Fiederblättchen getheilte Fiedern, von den unteren Theilen des Blattes. Fig. 5. Eine einzelne Fieder mit Fruktification.

nervos secundarios sub angulo recto emittit, e quibus rursus nervuli duo aut tres utrinque pinnatim exsurgunt, qui ita flectuntur, ut omnes marginem petant neque vicini se tangant. In specimine fig. 2. itidem apici folii adscribendo pinnae multo longiores, novemdecim aut viginti linearum longitudinem, trium linearum et dimidiae latitudinem adipiscuntur, nervi distinctius apparent, sed margo integer, nullo modo crenatus est. In specimine fig. 3. partem intermediam duorum foliorum ejusdem frondis referente, margo pinnarum aperte crenatus est, unde lobi oriuntur, quorum quemque nervus secundarius e nervo primario pinnae sub angulo recto enascens, cui utrinque nervuli tres vel quatuor tamquam systema venarum insident, percurrit. Hae pinnae longitudine latitudinem quinquies fere superant. Versus basin folii pinnae gradatim profundius crenatae videntur, et pinna in pinnulas latitudine duplo longiores, apice obtuse rotundatas dividitur. In omni pinnula nervus medius percurrens utrinque nervulos quatuor vel quinque arcuatos pinnatim ad marginem apicalem emittens animadvertitur, ita ut nervorum decursus non mutetur, sed singula pinnula peculiari systemate nervorum excellat.

Aliud hujus speciei signum in eo consistit, ut pinnae in rhachide folii longius inter sese distent, et in situ naturali margines pinnarum vicinarum nunquam sese tangant. Margines pinnarum paullisper deflexi videntur.

Saepius pinnae singulae rudimenta fructificationis conservarunt (fig. 5.), cujusmodi jam Göppertus observavit, soris tamen distincte circumscriptis carent, sed tota superficies pinnae rugulis transversis irregularibus dense obtecta est, in quibus passim tubercula parva subglobosa aut granuliformia conspicere licet. Goeppertus talem fructificationem nimis maturam credit. Pinnae singulae, cujusmodi Goeppertus unam depinxit, occurrunt, in quibus superficies rugosa versus apicem evanescit et nervorum decursus iterum apparet, quam aberrationem eo ortam credo, quod inferius pinnae latus pone apicem cum lapide coaluit et in apice ectypus superioris lateris remansit.

Brongniartus et Goeppertus locum, ubi specimina ab ipsis depicta inventa sint, nesciunt. Ipse talia praeter Wettinum nullibi vidi.

Fig. 1. Apex folii. Fig. 2. Folii fragmentum partem ante apicem sitam referens. Fig. 3. Frondis fragmenta, verosimiliter partem intermediam duorum foliorum praebentia. Fig. 3. A. Decursus nervorum pinnae magnitudine aucta depictae. Fig. 4. Pinnae singulae in pinnulas divisae, foliorum partibus inferioribus adscribendae. Fig. 5. Fructificatio pinnae solitariae.

Pecopteris Bredovii.

(Heft III.) Taf. XIV.

P. foliis bipinnatifidis, pinnis gracilibus approximatis, rhachi subperpendicularibus, pinnulis contiguis, basi tota rhachidi adnatis, subellipticis, obtusissimis, nervulis paucis, patentibus, ramulis bis furcatis, nervo intermedio flexuoso, apice furcato.

Es sind bis jetzt nur wenige Exemplare dieses ausgezeichneten Farren bei Wettin vorgekommen, und diese gehören mehr oder minder grossen Bruchstücken einzelner Blätter an, so dass die Art, wie sie den Wedel zusammensetzen, noch unbekannt ist. Am nächsten verwandt möchte die aus dem bunten Sandstein stammende, von Brongniart (tab. 105. fig. 4) abgebildete *Pecopt. Sulziana* sein, von der sich *Pec. Bredovii* jedoch durch bedeutendere Grösse der Fiederblättchen und deren mehr elliptische Gestalt unterscheidet.

Das Blatt ist verhältnissmässig schmal, ohngefähr 4 bis $4^1/_2$ Zoll breit, und mehrere Bruchstücke lassen auf Blätter von 10—12 Zoll Länge schliessen, auch scheint die Breite ziemlich der ganzen Länge nach gleich gewesen zu sein, und nur an der Spitze abgenommen zu haben. Von der mässig starken Blattspindel weg, laufen unter einem Winkel von 70—80° die Blattfiedern alternirend ab. In den unteren und mittleren Theilen der Blätter stehen die schmalen Spindeln der Fiedern derselben Seite vier Linien von einander ab, nach oben hin wird die Entfernung geringer, und die unteren Fiedern erreichen eine Länge von beinahe drei Zoll. Sie bleiben bis vor die Spitze gleich breit und die Ränder der benachbarten berühren sich.

Die Fiederblättchen lassen sich nur selten in ihren Umrissen vollständig erkennen, da sie, nach den Abdrücken zu schliessen, aus einer feinen Membran bestanden, die der benachbarten Fiedern sich decken und auch die benachbarten Fiederblättchen so dicht an einander stehen, dass sich ihre Ränder gewöhnlich über einander legen. Sie sind an der Basis der ganzen Breite nach an die Spindel angewachsen, scheinen aber nicht unter sich nach der Basis hin mit einander verwachsen gewesen zu sein. Die Fiederblättchen der Spitzfiedern sind nicht viel länger wie breit, ihre Seiten laufen parallel und ihre Spitze ist sehr stumpf gerundet, bei denen der mittleren Blattfiedern ist die Längsrichtung etwas mehr überwiegend, bei denen der unteren Blattfiedern verhält sich die Länge zur Breite wie 3 : 2, die Spitze ist

Pecopteris Bredovii.

(Fasc. III.) Tab. XIV.

P. foliis bipinnatifidis, pinnis gracilibus approximatis, rhachi subperpendicularibus, pinnulis contiguis, basi tota rhachidi adnatis, subellipticis, obtusissimis, nervulis paucis, patentibus, ramulis bis furcatis, nervo intermedio flexuoso, apice furcato.

Pauca hujus filicis specimina hucusque Wettini innotuerunt, partes foliorum exhibentia, quare frondis compositio adhuc latet. Proxime ad hanc speciem Pecopteris Sulziana in arena variegata inventa et a Brongniarto (tab. 105. fig. 4.) depicta accedit, pinnularum tamen magnitudine minore earumque forma minus elliptica a Pec. Bredovii discernitur.

Folia, si totius plantae magnitudinem comparas, angusta fuerunt, et latitudinem 4 vel $4^1/_2$ pollicum adepta esse, eamque per totam longitudinem, quam 10 vel 12 pollices attigisse plura specimina indicant, ita immutatam censeas, ut tantummodo prope apicem decreverit. Pinnae a rhachide folii modice robusta sub angulo 70 vel 80 graduum alternatim sese expandunt. In parte inferiore et media folii rhachides angustae pinnarum unius lateris basi quatuor lineas inter sese distant, apicem versus magis se adpropinquant, et pinnae inferiores longitudinem duos pollices superantem adipiscuntur. Pinnarum latitudo per totam longitudinem non mutatur, et margines proxime adjacentium se tangunt.

Pinnularum circuitus rarius exacte observari potest, ectypa opinionem excitant, eas e membrana subtili constructas fuisse, pinnas adiacentes invicem se involvisse, et pinnulas vicinas marginibus una supra alteram incubuisse. Basi per totam latitudinem rhachidi adnatae sunt, inter se vero singulae usque ad basin non coaluisse videntur. Pinnulae pinnarum apicalium longitudine latitudinem vix superant, lateribus parallelae, et apice obtuse rotundatae sunt, in pinnulis pinnarum intermediarum longitudo crescit et in pinnulis pinnarum basi folii magis approximatarum longitudo ad latitudinem eandem rationem habet ac 3 : 2, et harum apex minus obtuse rotundatus, margo lateralis interdum ob-

weniger stumpf gerundet, und die Seitenränder zeigen mitunter einige seichte Einbuchtungen. Das Endfiederchen war klein und länglich eirund. Die Nerven sind deutlich ausgedrückt, der Mittelnerv macht mit der Fiederspindel einen Winkel von ohngefähr 70°, wodurch eine schiefe Richtung der Fiederblättchen gegen die Fiederspindel überhaupt entsteht. Er läuft auch nicht gerade durch, sondern biegt sich von der Wurzel weg und gabelt sich, bevor er die Spitze erreicht, auch bildet er nicht immer eine vollkommen gerade Linie, sondern, zumal in den untern Fiedern bemerkt man da, wo die Nebenadern abgehen, einige schwache Biegungen. Von ihm steigen unter einem spitzen Winkel auf jeder Seite drei bis vier Nebenadern in die Höhe, die nicht weit von ihrem Ursprunge sich gabelförmig theilen, und von den dadurch gebildeten beiden Aesten gabelt sich bisweilen der eine, bisweilen beide nochmals, bevor sie den Rand erreichen.

Ueber die Fruktification der *Pecopt. Bredovii* kann ich keine bestimmte Auskunft geben. An einem Exemplare (Fig. 3.) sind mehrere Fiedern an ihrer Spitze mit der Unterseite abgedrückt, aber doch so undeutlich und unvollständig, dass man nur sieht, es waren kleine, kugelförmige Soren vorhanden, welche in ihrer Stellung mit denen von *Aspidium* übereinzukommen scheinen.

Fig. 1. Ein ziemlich vollständiges Blatt. Fig. 2. Ein Fiederbruchstück vergrössert. Fig. 3. Ein Bruchstück eines Blattes mit Fruktification.

solete crenatus apparet. Pinnula terminalis parva et ovata fuit. Venae satis distincte perspiciuntur, nervus intermedius e rhachide communi sub angulo circiter 70 graduum egreditur, quo efficitur, ut pinnulae directione obliqua rhachidi impositae sint. Praeterea nervus primarius a decursu rectilineo se avertit, jam in basi oblique flectitur, ad apicem dichotome dividitur, et in decursu saepius, praesertim in pinnis inferioribus, ubi nervi secundarii inserti sunt, a directione rectilinea recedit. In utroque latere ejus, nervi secundarii tres vel quatuor sub angulo acuto exsurgunt, qui mox in duos ramulos divisi sunt, quorum aut unus aut uterque, antequam apicem attingit, rursus dichotome dividitur.

Fructificatio *Pecopt. Bredovii* nondum distincte inventa est. In specimine unico (Fig. 3.) effigies inferioris lateris partis apicalis plurium pinnarum in conspectum quidem venit, sed tam obscura et manca est, ut tantummodo soros parvos, globulares, sicut in Aspidiis sitos adfuisse suspicari liceat.

Fig. 1. Folium fere integrum. Fig. 2. Pinnae pars magnitudine majore depicta. Fig. 3. Folii pars fructificationem praebens.

Pecopteris elegans.

(Heft III.) Taf. XV.

P. fronde bipinnatifida, pinnis pinnatifidis patentissimis, laciniis approximatis elliptico-linearibus, apice rotundatis, nervis secundariis in singula lacinia pinnatis, ramulis obliquis rectis parallelis.

Brongn. Hist. d. veg. foss. p. **308.** tab. **108.** fig. **3.** *Pecopteris arguta.*

Sternb. Vers. Fasc. V. p. **157. 60.**

Rost Dissert. p. **29.**

Göpp. Syst. Fil. p. **344.** tab. **15.** fig. **10.** *Polypodites elegans.*

Bis jetzt nur als Seltenheit in einzelnen Fiedern auf der Halde des Fischerschachtes im untern Zuge und in Wedelbruchstücken auf der Grube „Frohe Zukunft" im obern Zuge aufgefunden. Nach Brongniart findet sich diese Art auch bei St. Stephan und Ronchamp im Departement der Loire und in Rhode-Island in Nordamerika, doch bin ich nicht völlig gewiss, ob Brongniart's und Göppert's Art auch die unserige sei, da nach ihren Abbildungen die aus den Nebenadern der Fiedern ablaufenden Aeste unter einem minder spitzigen Winkel aufsteigen, und das glatte dreiseitige Feld, das an der Wurzel die benachbarten Nebenadern zwischen sich lassen, ein weit weniger spitzwinkeliges Dreieck bildet.

Vollständige Blätter sind bis jetzt noch nicht aufgefunden, aber doch Bruchstücke von mehr als einem Fuss Länge und acht Zoll Breite, die auf einen verhältnissmässig sehr grossen Wedel schliessen lassen. Von dem über zwei Linien breiten Schafte, der bei abspringender Kohlenhaut einzelne von Stacheln herrührende Punkte zeigt, laufen unter einem fast rechten Winkel die Fiedern ab, welche sechsmal so lang wie breit sind, zwei Drittheile ihrer Länge gleich breit bleiben und sich dann allmählig nach der Spitze zu verschmälern. Die Fiedern gehen alternirend vom Schafte weg, und die benachbarten stehen so nahe an einander, dass ihre Ränder sich bedecken, daher man auch nur da, wo einzelne Fiedern aus ihrer natürlichen Lage herausgebogen sind, ihre Ränder zu beobachten vermag.

Die Fiedern haben eine starke, durchlaufende Mittelader, und bestehen aus schmalen, an der Spitze scharf gerundeten fast spitzigen Fiederblättchen, die jedoch von ihrer Basis bis über die Mitte hinauf mit einander verwachsen

Pecopteris elegans.

(Fasc. III.) Tab. XV.

P. fronde bipinnatifida, pinnis pinnatifidis patentissimis, laciniis approximatis elliptico-linearibus, apice rotundatis, nervis secundariis in singula lacinia pinnatis, ramulis obliquis rectis parallelis.

Brongn. Hist. d. veg. foss. p. **308.** tab. **108.** fig. **3.** *Pecopteris arguta.*

Sternb. Tentam. Fasc. V. p. **157. 60.**

Rost Diss. p. **29.**

Goepp. Syst. Fil. p. **344.** tab. **15.** fig. **10.** *Polypodites elegans.*

Rarius pinnae singulae hujus plantae in cumulo fodinae „Fischerschacht" nominatae in inferiore regione territorii sitae et frondis partes in fodina „frohe Zukunft" nominata in superiore regione territorii sita inventae sunt. Brongniart hanc speciem e fodinis prope St. Stephanum et Ronchamp in territorio Loirii et e fodinis in Rhode-Island Americae borealis accepit, sed non omnis dubitatio sublata est, an species a Brongniarto et Goepperto descripta eadem ac nostra sit, nam eorum figurae ramulos e nervis secundariis pinnarum sub angulo minus acuto exsurgentes depingunt et area triangularis laevis, quam nervi secundarii vicini ad basin includunt, triangulum obtusiorem praebet.

Folia integra nondum reperta sunt, tamen fragmenta longitudinem pedis et latitudinem octo pollicum superantia, quae frondem amplam indicant. Stipes duas lineas latitudine excedens in illis partibus, ubi cutis carbonaria abrupta est, puncta sparsa ab aculeis insidentibus orta oculo praebet et sub angulo fere recto pinnas latitudine sexies longiores, a basi ultra medium aeque latas, indeque versus apicem sensim angustatas emittit. Pinnae alternantes e rhachide egrediuntur, et vicinae ita approximatae sunt, ut earum margines sese invicem obtegant, et tantummodo in illis pinnis singulis, quae e situ regulari deflexae sunt, margines integros conspicere liceat.

Pinnae nervo medio crasso percurrente praeditae et pinnulis angustis apice acuto-rotundatis fere acuminatis, quae a basi ultra medium coaluerunt, ita ut pinnam indivi-

sind, so dass man auch die Fieder als ungetheilt, nur an den Rändern tief eingekerbt betrachten kann. Rechtwinkelig von der Mittelrippe der Fieder weg, geht in jedes Fiederblättchen eine dicke Ader, die an der Spitze sich spaltet, und von ihr laufen fadenartig unter einem sehr spitzen Winkel auf jeder Seite vier bis sechs gerade, dicke, einfache Nebenadern parallel mit einander weg. Die unteren Nebenadern benachbarter Fiederblättchen stossen mit ihren Spitzen zusammen, und es bleibt zwischen zwei benachbarten Fiedern dann an der Basis ein glattes dreiseitiges Feld, welches ein gleichschenkeliges sehr spitzwinkeliges Dreieck darstellt, dessen Höhe fast zweimal die Grundlinie übertrifft. In Brongniart's Abbildung ist die Fieder bis an die Spitze dieses bei ihm als fast stumpfwinkelig dargestellten Dreieckes in Fiederblättchen getheilt dargestellt; ich bemerke bei meinen Exemplaren aber, dass die Fiederblättchen bis zu der zweiten, ja bis zu der dritten Nebenader mit einander verwachsen sind, und diese Adern noch an der Spitze der benachbarten Fiederblättchen an einander stossen. Vielleicht dass die Fiedern, welche am untern Theile der Blätter stehen, tiefer getheilt sind, und die Brongniartische Abbildung nach einem Bruchstücke gemacht ist, welches dem unteren Theile eines Blattes angehörte. Die Abbildung bei Göppert ist von Brongniart entlehnt.

Fig. 1. Ein Wedelbruchstück. Fig. 2. Ein Fiederbruchstück vergrössert.

sam margine profunde crenatam dicas, compositae sunt. A nervo medio pinnae sub angulo recto in singulam pinnulam nervus crassus apice bifidus intrat, et ex hoc nervo pinnatim sub angulo acutissimo utrinque quatuor vel quinque vel sex nervi secundarii crassi, recti, simplices, paralleli oriuntur. Nervi secundarii inferiores pinnularum vicinarum apice sese tangunt, ad basin autem aream laevem trigonam includunt, cujus triangulus aequicrurarius acutangulus altitudine latitudinem basalem bis fere superat. In figura a Brongniarto data, incisura, qua pinna in pinnulas dividitur, usque ad acumen hujus trianguli, quem fere obtusum depingit, procedit, sed in nostris speciminibus pinnulae vicinae usque ad secundum vel tertium nervum secundarium coaluerunt et hi nervi secundarii pinnarum vicinarum apice concurrunt. Forsan pinnae inferiores foliorum profundius incisae sunt et figura Brongniarti fragmentum inferioris partis folii refert. Figura Goepperti illam Brongniarti reddit.

Fig. 1. Frondis pars. Fig. 2. Pinnae fragmentum magnitudine majore depictum.

EMENDANDA IN FASCICULO II.

Pag. 17. lin. 2. a fine pro *Hintarrende* lege *Hinterrande*.
— 25. — 5. — — — *stipitnm* — *stipitum*.

Die

Versteinerungen des Steinkohlengebirges

von

Wettin und Löbejün

im Saalkreise,

bildlich dargestellt und beschrieben

von

Ernst Friedrich Germar,

Dr. der Medic. u. Philos., Oberbergrath, öffentl. ordentl. Profess. d. Mineralogie und Direktor des akadem. mineralogischen Museums an der Univers. Halle-Wittenberg, mehrerer gelehrten Gesellschaften Mitgliede.

Viertes Heft

mit 5 Tafeln Abbildungen.

PETRIFICATA

STRATORUM LITHANTHRACUM

WETTINI ET LOBEJUNI

IN

CIRCULO SALAE

REPERTA.

DEPINXIT ET DESCRIPSIT

ERNESTUS FRIDERICUS GERMAR

MED. ET PHILOS. DR., A SUMMIS RERUM METALLICARUM CONSILIIS, MINERAL. PROFESSOR PUBL. ORD., MUSEI MINERALOG. ACAD. HALENSIS ET VITEBERGENSIS CONSOCIATAE DIRECTOR, COMPLUR. SOCIETAT. LITERAR. SODALIS.

FASCICULUS QUARTUS

TABULAS QUINQUE EXHIBENS.

Halle,

C. A. Schwetschke und Sohn.

1847.

Pecopteris Pluckenetii.

(Heft IV.) Taf. XVI.

P. foliis superioribus bipinnatifidis, pinnulis ovato-subrotundis, basi unitis, inferioribus subtrilobis seu pinnatifido quinquelobis, infimis elongatis pinnatifidis (foliis inferius tripinnatifidis), lobis seu pinnulis ovatis contiguis basique unitis, nervulis tenuibus simplicibus vel furcatis.

Schloth. Flor. d. Vorw. tab. X. fig. 19.

Nachtr. z. Petref. p. 410. *Filicites Pluckenetii.*

Brongn. Hist. d. veg. foss. p. 335. 19. tab. 107. fig. 1. 2. 3. *Pecopteris Pluckenetii.*

Sternb. Vers. Fasc. IV. p. 19. und Fasc. V. p. 150. 20.

Goepp. Syst. Filic. p. 358. *Aspidites Pluckenetii.*

Rost Dissert. p. 29. *Pecopteris Pluckenetii.*

Dieses auch im Saarbrückischen, bei St. Stephan (Departem. der Loire), Alais (Depart. von Gard), Waldenburg in Schlesien und Opperode am Harze aufgefundene Farrenkraut ist bei Wettin und Löbejün keine sehr seltene Erscheinung, lässt sich aber, da es meist nur in Fiedern und Blattstücken vorkommt, und diese nach ihrem verschiedenen Sitze am Schafte so viele Abweichungen in der Gestalt darbieten, dass fast kein Stück dem andern ganz gleichgestaltet ist, schwer erkennen. Dazu kommt, dass der Aderverlauf nur selten deutlich erkennbar ist und dass nach der Verschiedenheit des Gesteins die Umrisse mehr oder weniger scharf ausgedrückt sind. Wedelstücke, an denen der Schaft sichtbar würde, sind mir noch nicht vorgekommen, ja selbst von Blättern sind noch nicht so vollständige Exemplare aufgefunden, dass sich ihre Totalform angeben liesse, nur das lässt sich bestimmen, dass mehrere Blätter die Länge von einem Fuss noch beträchtlich überstiegen haben müssen. Es ist daher nöthig, die Fiedern und Fiederblätter nach ihren Anheftungsplätzen zu betrachten.

In Fig. 1. ist die Endspitze eines Blattes mit fünflappiger Endfieder dargestellt. Die zunächst folgenden Fiedern erscheinen wie lanzettförmige Fiederblättchen, die auf jeder Seite in zwei bis drei spitzige Lappen zerschlitzt sind. Die nun folgenden Fiedern zeigen sich auf jeder Seite aus vier bis fünf halbcirunden, an der Wurzel verwachsenen Fiederblättchen zusammengesetzt, und haben ein dreilappiges Endfiederchen.

Fig. 2 stellt ebenfalls das Ende eines Blattes dar, doch fehlt die oberste Spitze. Die oberen Fiedern entsprechen den untersten Fiedern der vorigen Figur, dann aber folgen Fiedern, bei denen die länglichen, oben gerundeten unten noch verwachsenen Fiederblättchen an ihren Rändern bereits eine kleine Ausbuchtung zeigen, die jedoch nach der Spitze hin sich verliert. Noch weiter unten werden die Fiederblättchen länger, sie sind um die Hälfte länger, wie breit, jede Seite hat zwei deutliche Einkerbungen, und das Fiederblättchen wird dadurch fünflappig. Ausser der deutlichen Mittelader der Fiederblättchen bemerkt man zwar hier und da unter einem spitzen Winkel aufsteigende feine, sich gabelförmig theilende Nebenäderchen, aber nirgends deutlich

Pecopteris Pluckenetii.

(Fasc. IV.) Tab. XVI.

P. foliis superioribus bipinnatifidis, pinnulis ovato-subrotundis, basi unitis, inferioribus subtrilobis seu pinnatifido quinquelobis, infimis elongatis pinnatifidis (foliis inferius tripinnatifidis), lobis seu pinnulis ovatis contiguis basique unitis, nervulis tenuibus simplicibus vel furcatis.

Schloth. Flor. d. Vorw. tab. X. fig. 19.

Nachtr. z. Petref. p. 410. *Filicites Pluckenetii.*

Brongn. Hist. d. veg. foss. p. 335. 19. tab. 107. fig. 1. 2. 3. *Pecopteris Pluckenetii.*

Sternb. Tent. fasc. IV. p. 19. et fasc. V. p. 150. 20.

Goepp. Syst. Filic. p. 358. *Aspidites Pluckenetii.*

Rost Dissert. p. 29. *Pecopteris Pluckenetii.*

Haec filicum species, in regione Saraepontis prope St. Stephan, (Depart. d. Loire), Alais (Depart. d. Gard), Waldenburg (in Silesia), et Oppenrode (in territorio Hercyniae) inventa, Wettini et Lobejuni haud raro occurrit, sed pinnae et foliorum fragmenta hucusque reperta inter se ad insertionem in caule forma tali modo differunt, ut vix unum frustulum alterum omni puncto aequet, quare difficilius recognoscuntur. Praeterea venarum decursus rarius distincte observari potest et a conditione lapidis quoque figura plus minusve regularis plantae dirigitur. Frondes trunco adhuc insidentes, aut folia integra, quorum circuitum describere possem, nondum vidi, attamen folia plura longitudinem pedalem longe superasse suspicari licet. Pinnas et pinnulas igitur ad decursum insertionis describendas esse censeo.

Fig. 1. apicem folii cum pinna apicali quinqueloba refert. Pinnae proxime sequentes pinnulas lanceolatas in utroque latere bi- aut trilobatas aequant. Pinnae has sequentes utrinque e quatuor vel quinque pinnulis semiovatis basi unitis compositae videntur et pinnula triloba apice terminantur.

Fig. 2 quoque partem folii apicalem praebet, summo apice tamen carentem. Pinnae superiores cum illis inferioris partis figurae praecedentis conveniunt, sed pinnae inferius insertae, pinnulis oblongis, apice rotundatis, basi unitis, margine utrinque subsinuatis, ad apicem tamen integris compositae videntur. Pinnae etiam inferius sitae pinnulas magis elongatas, latitudine basali sesqui longiores, utrinque distincte bisinuatas vel quinquelobas habent. Nervus primarius pinnularum distinctus ramulos plures tenues furcatos sub angulo acuto emittit, qui tamen exactius numero et directione discerni non possunt. Pinnae omnes tamen ita

genug, um ihre Zahl und Richtung angeben zu können. Bei allen Fiedern sieht man aber, dass sie nicht sehr gedrängt standen und die Blättchen der benachbarten Fiedern sich nicht berührten.

Fig. 3 giebt beträchtliche Stücke zweier (a und b) neben einander liegender Blätter. Die oberen Fiedern zeigen durch ihre geringere Länge und die Gestalt der Fiederblättchen, dass nur ein Theil der Spitze fehlt; die dann gleichbleibende Länge der Fiedern und die fünflappigen Fiederblättchen beweisen, dass wir es mit dem mittleren Theile des Blattes zu thun haben, und dass das Blatt im Verhältniss zu seiner Länge sehr schmal war. Die Länge der einzelnen Fieder beträgt hier ohngefähr anderthalb Zoll, ihre Breite ohngefähr 4 Linien, und das Endfiederchen Fig. 3. B. war schief dreilappig. Die Lappen der Fiederblättchen sind in der Mitte hochgewölbt, und diese Wölbung dürfte von den darunter liegenden Fructificationen herrühren, wornach man geneigt sein würde, die Pflanze mit Physematium, namentlich mit Physematium molle Kaulf. zu vergleichen. Der Aderverlauf wird hier, wiewohl nicht ganz scharf sichtbar, man bemerkt in jedem Fiederblättchen eine ziemlich starke Mittelader, die nach der Spitze zu feiner wird und sich gabelförmig verästelt. Von ihr steigen auf jeder Seite unter einem spitzen Winkel zwei bis drei Nebenadern auf, die sich aber bald in zwei bis drei Arme theilen. Das nebenan liegende Blattstück b gehört wahrscheinlich zu demselben Wedel, es stimmt ganz mit dem vorigen überein, nur dass die unteren Fiederblättchen schon beginnen siebenlappig zu werden, indem der gewöhnliche Endlappen beiderseits eine kleine Ausbuchtung zeigt. Auch entspricht der hier und da erkennbare Aderverlauf (Fig. 3. A.) einer siebenlappigen Theilung, denn aus der mittleren Ader des Fiederblättchens entspringen auf jeder Seite drei feine, bogenförmig aufsteigende Nebenadern, von denen sich jede nicht weit von ihrer Wurzel gabelt, der obere Arm gabelt sich dann nochmals, bevor er die Spitze erreicht.

Ob die Abdrücke, wie Fig. 4 einen darstellt, auch von dieser Art herrühren, und als Fiedern zu betrachten sind, lässt sich noch nicht mit Bestimmtheit nachweisen, weil sie noch nicht in unmittelbarer Verbindung mit den vorigen gefunden worden sind, doch kommen sie auf denselben Gruben vor, und die Analogie spricht dafür, dass sie von Blättern stammen, welche am Wedel weiter unten sassen, wie die vorigen. Bei ihnen ist jedes Fiederblättchen wieder fiederspaltig und besteht aus sieben oder neun fast halbkreisförmigen Blättchen, die an ihrer Basis mit einander verwachsen sind. Sie ähneln den Spitzen der Blätter in Fig. 1., zeigen aber durch ihre Verbindung mit der Blattspindel, dass sie als Fiedern zu betrachten sind. Gewöhnlich sind diese Abdrücke sehr zart, und lassen den Aderverlauf nicht erkennen.

Fig. 1. Endspitze eines Blattes. Fig. 2. An die Endspitze zunächst anschliessender Theil eines Blattes. Fig. 3. Mittlerer Theil der Blätter. Fig. 3. A. Aderverlauf. Fig. 3. B. Einzelne Fieder. Fig. 4. Fieder, deren Abstammung von Pecopteris Pluckenetii zweifelhaft ist.

inter sese remotae insertae sunt, ut pinnulae pinnarum vicinarum se non tetigerint.

In fig. 3 frusta majuscula (a et b) duorum foliorum vicinorum videmus. Pinnae superiores brevitate et pinnularum forma vicinitatem apicis, cujus pars suprema tamen abest, indicant. Pinnae reliquae aequilongae et pinnulae quinquelobae nos edocent, partem intermediam folii adesse, cujus latitudo pro longitudine parum excelluit. Longitudo pinnae singulae in hac parte intermedia circiter pollicem unum et dimidium, latitudo 4 lineas attingit, et pinnula terminalis figura oblique triloba (fig. 3. B.) recognoscitur. Lobi pinnularum in medio convexi soros in inferiore parte sitos obtegere videntur, et tunc plantam totam Physematiis nostri aevi, praesertim Physematio molli Kaulf. adfinem censeamus. Venarum decursus in his pinnulis minus occultus quam in superioribus cernitur, et nervus intermedius basi distinctus, apicem versus subtilior, apice dichotome divisus pinnulam percurrit. Ab illo in utroque latere duo vel tres ramuli mox in duo vel tria brachia divisi sub angulo acuto exsurgunt. Frustum alterum (3. b.) folii adjacens (fig. 3. b.) et verosimiliter eidem frondi insidens cum priori satis convenit, sed pinnulae inferiorum pinnarum jam septemlobatae diei possunt, quia lobus terminalis sinu parvo utrinque rursus dividitur. Venarum decursus quoque, ubi observari potest (fig. 3. A.), lobos septem indicat, nam nervus intermedius pinnulae utrinque tres ramulos tenues arcuatos mox dichotome divisos emittit, et dichotomia in brachio superiore, antequam marginem tangit, repetitur.

Nondum omnis dubitatio sublata est, an ectypa, quorum specimen fig. 4 proponit, huic plantae adnumeranda sint et ejus pinnas referant, quum hucusque solitaria, neque cum antea descriptis aperte conjuncta inventa sint, attamen in iisdem fodinis reperta sunt, et ex analogia colligamus, ea ab illis foliis descissa esse, quae inferiori parti frondis insidebant. In his pinnis pinnulae rursus pinnatifidae e lobis fere semicircularibus septem vel novem basi unitis compositae sunt. Foliorum partibus apicalibus (fig. 1) similes sunt, sed insertio in rhachi ostendit, eas pinnas habendas esse. Plerumque in lapide tenuissime expressae sunt et nervorum decursum non demonstrant.

Fig. 1. partem apicalem folii praebet, fig. 2. partem folii apicali proximam, fig. 3. mediam foliorum partem, fig. 3. A. nervorum decursum, fig. 3. B. singulas pinnas, fig. 4. pinnam, cujus origo e Pecopteri Pluckenetii dubia est.

Pecopteris truncata.

(Heft IV.) Taf. XVII.

P. fronde tripinnata, foliis apice subito angustatis, pinnula triloba terminatis, pinnis approximatis, obliquis, linearibus, summo apice angustatis, pinnula oblonga triloba terminatis, pinnulis usque ad basin distinctis, nervis secundariis subperpendicularibus, prope ad basin furcatis, superiorum foliorum brevibus obtusis, inferiorum foliorum elongatis, soris globosis, indusiatis, lineis radiatim divisis.

Rost Dissert. p. **24.** *Pecopteris truncata.*

Es kommt diese Art, welche der Pecopteris polymorpha nahe steht und zu der Gattung Asterocarpus Göpp. gehört, bei Wettin nicht selten vor, und scheint eine beträchtliche Grösse erreicht zu haben, da man Wedelstücke findet, die eine Länge von mehr als zwei Fuss voraussetzen, und Schaftstücke, die über einen Zoll im Durchmesser haben. Doch scheint dieselbe von Pecopteris polymorpha durch stumpfere Spitze der dichter zusammenstehenden Blätter, durch einen abweichenden Aderverlauf und durch die Gestalt der Soren sich zu unterscheiden.

Die oberen Blätter haben gegen sechs Zoll, ihre Fiedern kaum einen Zoll Länge, sie sind bis zur Spitze fast gleich breit, und haben eine dreilappige Endfieder. Die Spindel der Blätter hat kaum eine Linie Breite, und es scheinen die Blätter fast rechtwinkelig vom Schafte abgegangen zu sein, stehen auch so dicht neben einander, dass die benachbarten Fiedern sich über einander legen. Am untern Theile des Wedels werden die Blätter grösser und erreichen mehr als die doppelte Grösse, die Spindel ist über eine Linie dick, und mehrere Stücke weisen darauf hin, dass die Blätter unter einem mehr spitzen Winkel am Schafte sassen. Die Fiedern erreichen hier eine Länge von drei Zoll.

Aehnlich, wie die Blätter zum Laube, verhalten sich die Fiedern zu den Blättern. Die Fiedern der obern Blätter sitzen unter einem minder spitzigen Winkel an der Spindel, haben jede beiderseits nur sechs bis acht Fiederblättchen, und die Spitze wird durch ein dreilappiges Fiederblättchen gebildet, dessen mittlerer Lappen sehr verlängert ist. Die Fiedern der untern Blätter behalten ihre Breite fast bis zur Spitze unverändert bei, aber die Zahl der Fiederblättchen auf beiden Seiten wächst so, dass man an den untersten zwanzig Fiederblättchen zählen kann und der mittlere Lappen des dreilappigen Endfiederblättchens wird kürzer.

Pecopteris truncata.

(Fasc. IV.) Tab. XVII.

P. fronde tripinnata, foliis apice subito angustatis, pinnula triloba terminatis, pinnis approximatis, obliquis, linearibus, summo apice angustatis, pinnula oblonga triloba terminatis, pinnulis usque ad basin distinctis, nervis secundariis subperpendicularibus, prope ad basin furcatis, superiorum foliorum brevibus obtusis, inferiorum foliorum elongatis, soris globosis, indusiatis, lineis radiatim divisis.

Rost Dissert. p. **24.** *Pecopteris truncata.*

Species haec, generi Asterocarpus Goepp. adnumeranda, Pecopteri polymorphae confinis, Wettini haud raro occurrit, et magnitudinem insignem attigisse videtur, quum frondis frusta inveniantur, quae longitudinem duos pedes excedentem indicant, et caulis diametrum ultra pollicarem praebent. A Pecopteri polymorpha species nostra tamen apice magis obtuso foliorum densius collocatorum, venarum decursu alio et forma sororum differre videtur.

Folia superiora longitudinem fere sex pollicum habent, et eorum pinnae vix longitudinem pollicis attingunt, latitudinem fere usque ad apicem imminutam conservant et pinnula triloba terminantur. Rhachis foliorum crassitiem unius lineae nondum adipiscitur et folia sub angulo fere recto e caule decrevisse videntur, tali modo etiam inter sese adpropinquantur, ut pinnae vicinorum foliorum sese obtegant. Ad inferiorem partem frondis longitudo foliorum crescit, ibique longitudinem plus duplo majorem habent, rhachis lineae crassitiem superat, et fragmenta plura indicant, ea sub angulo acutiore e caule decrevisse. Pinnae longitudinem trium pollicum adipiscuntur.

Similem rationem, quam folia ad frondem, pinnae ad folia monstrant. Pinnae foliorum superiorum sub angulo minus acuto rhachi adnatae sunt, in utroque latere pinnulae tantummodo sex vel octo insident et apex pinnula triloba, lobo medio valde elongato, terminatur. Inferiorum foliorum pinnae latitudinem suam usque fere ad apicem immutatam conservant, sed numerus pinnularum in utroque latere ita augetur, ut in infimis viginti pinnulae enumerari possint, et pinnula apicis triloba lobum intermedium breviorem habet.

Alle Fiederblättchen stehen bis zur Wurzel frei, gehen unter einem beinahe rechten Winkel von der Spindel weg, und sind an der Spitze stumpf gerundet, fast abgestumpft. Aus dem mittleren dickeren Hauptnerven laufen fast rechtwinkelig feine, schon am Grunde gabelförmig getheilte Nebenadern ab, und einer oder der andere Zweig gabelt sich vor der Spitze nochmals. Es lässt sich jedoch der Aderverlauf sehr selten beobachten, denn er wird entweder durch die Soren verdeckt oder ist an und für sich undeutlich. Die Fiederblättchen der oberen Blätter sind kaum länger wie breit, ihre Seitenränder laufen bis zu der stumpfen Spitze hin parallel mit einander, und schliessen sich mit ihrer vollen Breite an die Spindel an. An den tiefer stehenden Blättern nimmt die Länge allmählig zu, und an den untersten übertrifft nicht nur die Länge die Breite um das Sechsfache, sondern die benachbarten sind auch an der Wurzel weiter von einander getrennt, doch wird auch hier keine Spur von Kerbung an den Rändern bemerkbar.

Die Fruchthäufchen kann man im Vergleich mit denen anderer Arten gross nennen, denn sie nehmen den ganzen Raum zwischen Mitteladcr und Rand ein, besitzen auch gewöhnlich noch ihr Indusium. Sie bilden Halbkugeln, die durch excentrische Furchen in sechs oder acht Fächer getheilt sind. Die Fiederblättchen der oberen Blätter haben drei bis vier Fruchthäufchen, bei den untern Blättern nimmt die Zahl allmählig zu, und steigt bei den untersten bis zehn oder vierzehn auf jeder Seite. Seltener findet man Stücke, wo das Indusium zerrissen oder verschwunden ist, und die Fläche überall mit unregelmässigen Runzeln und Warzen besetzt ist, in denen jedoch bei aufmerksamer Beobachtung noch Spuren des ringförmigen Umrisses der Soren sich erkennen lassen.

Asterocarpus multiradiatus Göpp. (fossile Gattungen) würde ich zu unserer Art rechnen, und seine Fig. 2 kommt sehr mit den untersten Fiederblättchen derselben überein, aber Gestalt, Stellung und Vertheilung der Fiedern, wie sie Göppert in Fig. 1 darstellt, weichen ab. Aspidites Jaegeri Göpp. ähnelt ebenfalls unserer Art.

Fig. 1. Die oberen Blätter in natürlicher Grösse. Fig. 2. Bruchstück eines untern Blattes in natürlicher Grösse. Fig. 3. 4. 5. Mit Fruchthäufchen besetzte Fiederblättchen, vergrössert. Fig. 6. Ein einzelnes Fruchthäufchen, wie dieselben gewöhnlich erscheinen, vergrössert. Fig. 7. Ein einzelnes, besser erhaltenes Fruchthäufchen, vergrössert. Fig. 8. Dasselbe, von der Seite gesehen. Fig. 9. Endlappen einer Fieder, mit erkennbarem Aderverlauf, vergrössert.

Pinnulae omnes usque ad basin distinctae sub angulo fere recto a rhachide decurrunt, et apice obtuse rotundatae, fere truncatae sunt. Nervus intermedius crassior nervos secundarios graciles, ad basin dichotome divisos, ramo uno alterove ante apicem rursus diviso, sub angulo fere recto emittit. Tamen venarum decursus rarissime observari potest, quum aut soris obtegatur aut per se minus clare cernatur. Pinnulae foliorum superiorum longitudine latitudinem parum superant, margines earum usque ad apicem obtusum parallelae progrediuntur et tota basi rhachidi adnatae sunt. In foliis inferius sitis longitudo sensim crescit, et in foliis infimis longitudo latitudinem sexies fere superat, et basis vicinorum magis distat, margines eorum tamen semper crenaturae vestigiis carent.

Sori, si cum iis aliarum specierum comparare velis, ampli dici possunt, totum enim spatium inter nervum primarium et marginem occupant, et plerumque adhuc indusio obtecti sunt. Tunc hemisphaeras formant, sulcis excentricis in capsulas sex vel octo divisas. Pinnulae foliorum superiorum soros tres vel quatuor, inferiorum gradatim plures, infimorum decem vel quatuordecim in utroque latere praebent. Rarius specimina, indusio jam scisso vel derupto occurrunt, quorum cutis undique rugis et verrucis irregularibus obtegitur, in quibus tamen strenuus observator adhuc rudimenta circularia sororum inveniat.

Asterocarpus multiradiatus a Goepperto (genera fossilia) propositus ad nostram plantam referam, quum fig. 2. illius cum pinnulis infimis nostrae valde congruat, sed forma, situs et distributio pinnarum, quales fig. 1. a Goepperto proposita demonstrat, non congruunt. Aspidites Jaegeri Goepp. quoque aliqua ex parte nostrae plantae similis est.

Fig. 1. Folia superiora, magnitudine naturali. Fig. 2. Folii infimi frustum, magnitudine naturali. Fig. 3. 4. 5. Pinnulae soros ferentes, auctae. Fig. 6. Sorus solitarius, frequenter occurrens, auctus. Fig. 7. Sorus solitarius melius conservatus, auctus. Fig. 8. Idem a latere pictus, auctus. Fig. 9. Lobus terminalis pinnae, venarum decursum demonstrans, auctus.

Schizopteris lactuca.

(Heft IV.) Taf. XVIII. und Taf. XIX.

S. fronde amplissima sessili obovata flabellato-multopartita, laciniis primariis obovatis latis undulatis sinuato-repandis, ultimis lineari-cuneatis obtusis inaequaliter obtuse inciso-dentatis, venis creberrimis tenuissimis simplicibus inermibus.

Pressl. in Sternberg Vers. d. Flora der Vorw. Fasc. VI. p. 112. *Schizopteris lactuca.*

Gutbier Gaea Saxon. p. 73.

Germar in d. Isis 1837. p. 430. *Filicites lacidiformis.*

Rost Diss. p. 20.

Gutbier Verstein. d. Zwick. Steink. p. 13. tab. 1. *Fucoides crispus.*

Es ist ungemein schwer, von dieser Pflanze, die schwerlich den Schizäen entspricht, ein vollständiges Bild zu entwerfen, da die einzelnen Theile derselben, die man gewöhnlich erhält, sehr abweichende Ansichten gewähren, und man in Verlegenheit kommt, zu entscheiden, was zu dieser oder zu andern ähnlichen Pflanzen gehören mag. Im Allgemeinen kann man lange, schmale, in grosse, eirunde, wieder vielfach zerschlitzte Lappen getheilte Wedel mit einem starken, jedoch nicht scharf abgegränzten, sondern allmählig in das Laub sich verflachenden Schaft, von dem viele zarte, zum Theil kaum erkennbare Adern fächerförmig bis zum Rande laufen, ohne deutliche Dichotomie zu zeigen, als unterscheidende Merkmale annehmen. Auch zeigt fast in allen Stükken das Laub eine Hinneigung zu spiralförmiger Einwickelung.

Dieser wohl ziemlich einfachen Erklärung stellt aber die Auffindung des Baumes in der westlichen Wand Zweifel entgegen, da auch dieser eine Zeitlang frei gestanden haben müsste, mit dem grossen Baume aber nicht auf gleicher Ablagerungsfläche, sondern auf einer höheren Schichtungsfläche steht. Man müsste also annehmen, dass die Bildung der oberen Schichten in längeren Zwischenräumen unterbrochen gewesen ist, in welchen wieder eine Vegetation sich bilden konnte, dass aber in dieser ganzen Zwischenzeit der grosse Baum auch da, wo er nicht von Gesteinmassen umhüllt war, unversehrt geblieben sei. Ich bin geneigt zu glauben, dass dieses Baumstück, das nicht bis zu Tage auszusetzen scheint, auch Spuren grosser Zerstörung zeigt, nicht eigentlich hier wurzelte, sondern als Fragment hieher geführt und in einer der vertikalen Richtung sich nähernden Stellung abgesetzt wurde.

Erklärung der Abbildungen.

Tab. XXI. Araucarites Brandlingi, der ganze Baum, in 1/12 der natürlichen Grösse.

Tab. XXII.

Fig. 1. Die südliche Wand des Steinbruches zur Darstellung der Gesteinslagen nach ihrer Mächtigkeit, Richtung und Verhalten zu dem Baume. a. Die Lagen des soge-

ope microscopii factam tab. **22.** fig. **7. 8.** reddunt. Videmus igitur cohabitationem palmarum et coniferarum, qualis Humboldtio auctore nunc in regionibus tropicis invenitur, etiam in mundo pristino adfuisse.

Nuperrime in ejusdem strati planitie, cui arbor nostra major insidet, radices duae magnae denudatae sunt, quae verosimiliter ab arbore quarta adhuc occulta originem ducunt, et tota regio quondam silvam forsan nutriit, cujus arbores in statu erecto sepultae sunt.

Difficilius exponendum videtur, qua ratione arbores in lapidem mutatae et conservatae sint. Arboris nostrae altitudo et crassities eam saltem centum annos incolumem stetisse et sensim crevisse, antequam lapide involveretur, docet. Veri simillimum esse videtur, strata inferioris classis lapidum illo tempore decursum praeruptiorem quam nunc habuisse et planum, quod strata in superficie terrae tunc descindebat, cui stratum signo a** notatum impositum est, situi horizontali adaequatum fuisse. Arbor in hoc plano crevit et postea stratis classis superioris lapidum principio horizontaliter depositis obtecta est. Adscensio aut demissio postea exorta utramque stratorum classem pariter movit et cum situm stratorum effecit, quem nunc videmus. Humi pristinae vestigium nullum remansit, nisi stratum molle, friabile, quod Grandschmitz vocant, tale censeas, sed credere licet, humum aut vi chymica, qua, una cum mechanica, stratorum depositio temperabatur, solutam esse, aut undarum impetu dilutam esse.

Expositioni huic probabili effossio arboris tertiae in parte occidentali lapicidinae dubia nonnulla parat, quum haec arbor, quae etiam in aperto crevisse necesse est, non in eodem strato, cui arbor magna insidet, sed in strato altioris positionis infixa sit. Argumentari igitur debemus, depositionem stratorum superiorum longis intervallis interruptam fuisse, et in his intervallis novam vegetationem exortam esse, per omnia autem intervalla arborem illam magnam etiam in partibus a lapide nondum tectis incolumem stetisse. Probabilius mihi videtur, arborem in parte occidentali lapicidinae inventam, lapides superiores omnes non penetrantem, valde detritam, locum naturalem non tenere, sed fragmenti instar advectam et situ fere perpendiculari depositam esse.

Explicatio tabularum.

Tab. XXI. Araucarites Brandlingi, arbor integra, duodecima parte magnitudinis naturalis delineata.

Tab. XXII.

Fig. 1. Paries meridionalis lapicidinae, crassitiem, directionem et relationem stratorum ad arborem exhibens. a.

nannten Grandschmitzes, wo a* die Aufsetzungslage des an der westlichen Wand des Steinbruches gefundenen Stammstückes, a** die Aufsetzungslage des Hauptstammes angiebt. b. Das Conglomerat mit einer Zwischenlage von Schieferthon mit Muscheln. c. f. g. h. Die Lager des Grandgesteines der unteren Abtheilung.

Fig. 2. Petrographische Charte der nächsten Umgebung des Steinbruches mit Angabe der Richtung des Fallens der Grandgesteine. a. Der Thierberg. b. Der auf demselben befindliche Steinbruch. c. Der Porphyrberg, die Liebecke genannt. d. e. Der Neutzerbach. f. g. Der Fussweg von Wettin nach dem Schachtberge.

Fig. 3 — 6. Microscopische Ansichten des innern Baues des Araucarites Brandlingi.

Hartig theilt über seine microscopischen Untersuchungen Folgendes mit:

„Die meisten Stellen der untersuchten Stücke sind durch den Process der Versteinerung in dem Maasse zersetzt, dass nur mit Mühe kleine Theile einzelner Zellen zur klaren Anschauung gebracht werden konnten, genügend jedoch, um die Uebereinstimmung des Zellenbaues mit dem eines der Stücke darzuthun, in welchem das Versteinerungsmittel nicht wie bei den übrigen Stücken aus Kiesel, sondern aus Kalk besteht, der die lumina der Holzfasern in spathiger Form (Fig. 6. a.) ausfüllt, während die Zellwandungen selbst theils in Kohle verändert (Fig. 6. c.), theils verkieselt sind (Fig 6. b. b.). An diesen verkalkten Stücken, aber auch an den dieselben begränzenden härteren verkieselten Stellen ist die Struktur des Holzes noch sehr gut erhalten und schon mit der einfachen Lupe deutlich als die eines Nadelholzes zu erkennen."

„Fig. 3 habe ich einen Theil einer Queerbruchfläche gezeichnet, wie er sich als Opake unter 150facher Vergrösserung zeigt. Eine diaphane Queerfläche konnte ich nicht darstellen, da das Material für das Schleifen in dünne Platten zu zerbrechlich ist. Aber auch schon hieraus, wie aus der Betrachtung des kleineren vom grösseren abgesprengten Stückes vermittelst der Lupe ergiebt sich zur Genüge, dass in Form und Gruppirung sowohl der Holz- als der Markstrahlfasern ein Unterschied zwischen diesen und dem Holze der lebenden Nadelhölzer nicht besteht."

„Bessere Ansichten und nähere Auskunft gewährt die microscopische Betrachtung in der Richtung der Längsfasern abgesprengter dünner Platten, von denen man unter vielen immer einige finden wird, die hinlänglich dünn und durchsichtig sind, um den Zellenbau deutlich erkennen zu lassen."

„Fig. 4. habe ich eine Längenansicht der Holzfasern, von der Markstrahlseite aus gesehen, mit einem durchstreichenden Markstrahle gezeichnet."

„Fig. 5. ist die Spitze einer einzelnen Holzfaser, in derselben Richtung gesehen, stärker vergrössert dargestellt."

„Fig. 6. ist eine Längenansicht, von der Rinde aus gesehen, mit drei Markstrahlen. Die Markstrahlen sind

strata lapidis Grandschmitz dicti; a* stratum, cui in pariete occidentali lapicidinae trunci fragmentum insidebat; a** stratum fundamentale arboris nostrae; b. strata breccíae stratum schisti argillosi conchiferi includentia; c. f. g. h. strata psammitis classis inferioris.

Fig. 2. Charta petrographica confinium lapicidinae, decursum stratorum illustrans. a. collis, quem Thierberg vocant; b. lapicidina ejus; c. mons e porphyro constructus, Liebecke dictus; d. e. rivulus Neutz; f. g. via Wettinensis montem fodinarum petens.

Fig. 3—6. Structura Araucaritis Brandlingi microscopii ope depicta.

Hartigus de iis, quae microscopii ope investigavit, haec refert:

„Specimina examini subjecta omnibus fere locis petrificatione tali modo mutata sunt, ut aegre tantum singularum cellularum particulae distincte possint discerni atque cognosci, ita tamen ut acrius intuens intelligat, harum cellularum structuram plane eandem esse atque illarum, quae in iis speciminibus occurrunt, quae non ut reliqua silicis, sed calcis ope petrificata sunt, ita ut calx ligni cellularum parenchymatosarum lumina (fig. 6. a.) structura spathica repleat, dum cellularum parietes partim in carbonem (fig. 6. c.), partim in silicem (fig. 6. b. b.) mutati sunt. In his speciminibus calce penetratis et eorum partibus confinibus silicatis durioribus ligni structura melius conservata est et jam ope lentis vitreae simplicis coniferarum structura percipitur."

„Fig. 3. partem sectionis transversalis magnitudine sesquicentuplici ampliatam fragmenti opaci praebet. Planitiem transversalem diaphanam acquirere nequii, lapide nimis fragili impediente. Sed jam satis hac figura et investigatione minoris abrupti speciminis lentis vitreae ope cognoscitur, inter hoc lithoxylon et inter ligna coniferarum nostrarum quoad formam et situm ligni cellularum prosenchymatosarum et radiorum medullarium discrimen non interesse."

„Adspectum magis perspicuum et uberiorem notionem microscopii ope e frustulis directione cellularum ligni prosenchymatosarum deruptis haurire possumus, nam inter copiam frustulorum semper nonnulla satis subtilia et pellucida occurrunt, quae cellularum structuram demonstrant."

„Fig. 4. ligni cellulas prosenchymatosas in longitudinem dissectas a latere radiorum medullarium, radio medullari transeunte, praebet."

„Fig. 5. apicem cellulae prosenchymatosae singulae eadem directione visae magis etiam auctae exhibet."

„Fig. 6. sectionem in longitudinem factam a latere corticis delineatam, tres radios medullares dissectos includentem

2—20stöckig, meist einlagerig, die mittlere Zellenreihe selten zweilagerig."

„Hiernach ist es keinem Zweifel unterworfen, dass die Pflanze unter die Araucarien gehört. Schon Göppert zeigte, dass unter allen lebenden Nadelholzgattungen nur bei dieser mehr als zwei Tüpfelreihen auf einer Holzfaser vorkommen. Drei Tüpfelreihen scheint aber das meiste zu sein, was derselbe an Araucarien der Jetztwelt bemerkte. Auch ich habe an Cunninghamia lanceolata, Araucaria brasiliensis, die ich in zweizölligen Stammstücken, an Araucaria imbricata, excelsa und Cunninghamii, so wie an Dammara, die ich in schwachen Aesten besitze, meist nur eine oder zwei, seltener und höchstens drei Tüpfelreihen gefunden, hier aber treten in der Regel drei, häufig vier, nicht selten fünf Tüpfelreihen neben einander auf."

„Unter den zusammengesetzten Poren begreife ich diejenigen Tüpfel, welche (Fig. **4. 5.** a. und c.) mit deutlichem Hofe umgeben sind, unter einfachen hingegen, die nur auf den Längenfasern des Holzes vorkommenden, durch einen einfachen Ring begränzten Poren, welche mit den zusammengesetzten Poren der Markstrahlenzellen communiciren und nur da vorkommen, wo ein Markstrahl an den Fasern gelegen hat. (Fig. **4. 5.** b.)."

„In Fig. **6.** zeigt a die Krystallform des Kalkspathes, b. b. die des Kiesels, wo beide als Ausfüllungsmasse vorkommen, c. c. zeigt die in Kohle veränderte, durch Contraktion vielfältig geborstene braune Zellenwand."

„Fig. **7.** und **8.** enthalten mircoscopische Darstellungen."

„Fig. **7.** giebt das Zellengewebe des Holzsteins, der an der westlichen Wand des Steinbruches in der Schicht a* a** (Taf. **22.** Fig. **1**) gefunden wurde und gewiss von keiner Conifere, sondern wahrscheinlich von einer Palme stammt. Das sehr grosszellige parenchymatische Zellengewebe (a) wechselt mit bastfaserähnlichen Organen (b) und anderem langgestrecktem Zellgewebe mit unverkennbarer Spiralfaserbildung (c)."

„Fig. **8.** ist die Queerbruchfläche mit ausserordentlich expandirter Astathe und comprimirtem Innenraume parenchymatischen (?) Zellgewebes."

praebet. Radii medullares plerumque e simplici cellularum **2—20** superpositarum serie constructi sunt, raro tantum series intermedia duplex est."

„His praemissis, vix dubitandum sit, arborem nostram Araucariam fuisse. Jam Goeppertus demonstravit, inter omnes coniferas vivas unum Araucariarum genus plus quam duas series pororum in singulis cellulis parenchymatosis exhibere. Attamen pororum series tres in Araucariis vivis excedi non observavit. Ipse in Cunninghamia lanceolata, Araucaria brasiliensi, quarum truncos diametro bipollicari possideo, in Araucaria imbricata, excelsa et Cunninghamia, nec non in Dammara, quarum ramos tenuiores ad manum habeo, plerumque seriem pororum unam vel duas, rarius tres vidi, sed in Araucaria Brandlingi plerumque series tres, frequenter quatuor, haud raro quinque videre licet."

„Poros compositos eos dico, qui (fig. **4. 5.** a. c.) perspicua area circumdati sunt; poros simplices eos (fig. **4. 5.** b.), qui in ligni cellulis prosenchymatosis solummodo conspicui, annulo simplici cincti, cum poris compositis cellularum radiorum medullarium communicant et iis tantum locis inveniuntur, ubi radius medullaris cellulis prosenchymatosis adjacuit."

„Fig. **6.** a. structuram crystalli calcis, b. b. structuram crystalli silicis spatia vacua penetrantium indicat; c. c. parietem cellularum fuscum, in carbonem mutatum, contractione multoties fissum exhibet."

„Fig. **7.** et **8.** ope microscopii delineatae sunt."

„Fig. **7.** telam cellulosam lithoxyli in pariete occidentali lapicidinae et in eo quidem strato saxorum, quod literis a* a** in fig. **1.** hujus tabulae designavimus, reperti proponit, quae certe non ad coniferas, sed potius ad palmas referenda videtur. Parenchyma (a) e magnis cellulis compositum cum cellulis fibrosis (b) aliisque prosenchymatosis, in quibus vasorum spiralium (c) evolutio distingui potest, alternat."

„Fig. **8.** Sectio ejusdem lithoxyli transversalis astathe valde expansa, interno vero spatio cellularum parenchymatis compresso."

Flabellaria principalis.

(Heft V.) Taf. 23.

Fl. principalis: foliis ultrapedalibus, multipartitis, lobis lanceolatis, dense et tenuiter striatis, aequalibus.

Wenn schon Sternberg's Abbildung der Flabellaria borassifolia bei dem ersten Anblick viele Aehnlichkeit mit unserer Figur zeigt, so ergiebt sich doch aus Corda's Beschreibung und Abbildung derselben (Beiträge zur Flora der Vorwelt S. 44. Taf. 24. 25.), dass dieselbe einer ganz andern Gattung, ja wahrscheinlich nicht einmal den Palmen, sondern einer andern Familie angehört, während wir es hier offenbar mit einer Fächerpalme zu thun haben.

Das Gestein, das die Wurzeln des fossilen Baumes in dem Steinbruche bei Wettin enthält, von dem ich schon (Heft V. Taf. 21. 22.) gesprochen habe, ist voll von Blattlappen dieser Flabellaria, ja selbst in dem Schieferthone der Steinkohlen kommen einzelne Blattlappen vor, die ich nicht für verschieden halten kann, indessen wird ihre Gestalt und Verbindung dort nicht deutlich.

Der hier in $^{5}/_{9}$ der natürlichen Grösse dargestellte Fächer bildet einen vollständigen Halbkreis mit $2^{1}/_{2}$ Fuss Durchmesser, so dass auf den einzelnen Lappen 15 Zoll Länge kommen. Es wäre jedoch möglich, dass die Blätter noch mehr als einen halben Kreisbogen beschrieben hätten, da auf der rechten Seite nach unten hin sich noch ein Blattansatz erkennen lässt, der sich an den Stiel angelegt zu haben scheint, und auf der andern Seite die Blattsubstanz bis an den Rand des Gesteines geht, und daher noch tiefer liegende Blattlappen vorhanden gewesen sein könnten; doch kann der Blattansatz auch von einem andern Individuum stammen, und der leere Zwischenraum zwischen ihm und dem Blatte selbst ist zu gross, als dass man anzunehmen berechtigt wäre, es wäre der fehlende Theil verloren gegangen.

Die Zahl der Blattlappen lässt sich nicht mit Sicherheit bestimmen, da die vielfachen Zerschlitzungen, welche sie von dem Druck des Gesteines erlitten zu haben scheinen, die Gränzen ungewiss machen, doch hat sie nicht unter 24 betragen. Sie scheinen entweder sehr dünn, oder doch sehr zerbrechlich gewesen zu sein, denn weder in dem Fächer, noch in der Gesteinschicht liess sich einer finden, der nicht mannichfaltig zerrissen oder geborsten gewesen wäre, und besonders spalten sie leicht der Länge nach auf. Die Breite

Flabellaria principalis.

(Fasc. V.) Tab. 23.

Fl. principalis: foliis ultrapedalibus, multipartitis, lobis lanceolatis, dense et tenuiter striatis, aequalibus.

Quamvis Sternbergii figura Flabellariae borassifoliae primo adspectu figuram nostram adaequat, tamen Cordae figura et descriptio hujus plantae (Beiträge zur Flora der Vorwelt. pag. 44. tab. 24. 25.) satis demonstrant, illam plantam alii generi, et verisimiliter alii familiae, neque familiae palmarum adscribendam esse, nostra planta e contrario certe ad familiam palmarum pertinet.

Saxa radices arboris petrificatae in lapicidina Wettinensi includentia, quae jam antea descripsi (Fasc. V. tab. 21. 22.), foliorum Flabellariae fragmentis repleta sunt et schistus argillaceus territorii carboniferi singula fragmenta vix diversa, quamvis forma et connexu haud distincte determinanda praebet.

Flabellum in fig. nostra, magnitudine $^{5}/_{9}$ deminuta propositum figuram habet semicirculi, cujus diameter pedes $2^{1}/_{2}$ metitur, quare lobus solitarius longitudinem 15 pollicum adipiscitur. Haud negandum credam, flabellum ambitum majorem quam semicirculi habuisse, quoniam in dextra parte deorsum revera frustulum lobi recognoscitur, forsan petiolo propinqui et paralleli, in parte sinistra autem folium marginem lapidis tangit, et ejus continuatio derupta credi possit, sed frustulum illud facile ab alio individuo originem ducat et intervallum inter frustulum et lobum proximum satis latum vix opinionem admittit, partem intermediam abruptam esse.

Numerus loborum non distincte patet, scissurae enim crebrae pressu saxi ortae fines incertos reddunt; sed viginti quatuor lobi saltem adfuerunt. Conditio eorum tenuis aut fragilis fuisse videtur, cum neque flabellum neque saxum lobum integrum conservavit, et omnes varie laesi aut fracti plerumque longitudinaliter scissi inveniuntur. Latitudo omnium loborum variationes minus perspicuas offert, sed in speciminibus huc usque observatis divisiones longitudinales

möchte bei allen gleich gewesen sein, doch lässt sich dies in den vorliegendem Exemplare nicht scharf bestimmen, da die mehrfachen Längstheilungen durch Spaltung die Gränzen sehr ungewiss machen; aber es dürfte die grösste Breite einen Zoll nicht überstiegen haben. Von der Mitte weg nimmt die Breite nach der stumpfwinkeligen Spitze hin allmählich ab, und die Oberfläche ist sehr fein und dicht der Länge nach gestreift, die Zwischenräume der Streifen sind nur wenig breiter als die Streifen selbst. Durch Kohle ist die Oberfläche schwarz gefärbt, doch ist die Kohle nicht so ausgeschieden, dass man eigentliche Blattsubstanz zu erkennen vermöchte. Diejenigen Blattlappen, die im Schieferthone vorkommen, zeichnen sich, wenn sie nicht mit einem gelblichen Ueberzuge, der von höchst fein aufgesprengtem Schwefelkiese herrührt, bedeckt sind, durch starken Glanz aus.

Ein Stück Schieferthon unserer Sammlung, das aus den Kohlenlagern von Werden stammt, zeigt Abdrücke, welche auch hierher gehören möchten.

quas scissurae efficiunt, accuratam distinctionem finium impediunt, attamen latitudinem maximam pollicem haud excessisse credam. Latitudo a medio ad apicem obtusum sensim deminuitur, et superficies tota striis subtilibus densis longitudinalibus, quarum interstitia latitudinem striarum parum superant, sculpta observatur. Praeterea superficies carbone atra coloratur, quamvis carbo non ita evasit, ut folii substantiam recognoscas. Lobi illi, qui in schisto argillaceo inventi sunt, nissi pigmento flavescente, quod a pyrite quasi in atomis sparso ortum est, obtectae sunt, nitore magno excellunt.

Specimen schisti argillacei Musei nostri in stratis prope Werden inventum, ectypa proponit, quae ad nostram plantam pertineant.

Aphlebia irregularis.

(Heft V.) Taf. 24.

A. irregularis: frondibus sessilibus irregularibus flabellato-multifidis, laciniis terminalibus cuneatis apice uni-, bi-, trifurcatis, rhizomate parasitico scandente.

Mit den Blättern von Flabellaria principalis und Aststücken, welche von monokotyledonen Stämmen stammen, in dem sogenannten Grandgestein des Steinbruchs bei Wettin, bis jetzt nur in einem, aber grossen Exemplare gefunden.

Es liegen auf der Steinplatte zwei Aststücke, die eine genaue Untersuchung nicht gestatten, da sie undurchsichtig sind, und die äussere Rinde auch nicht erkennbar wird, doch zeigte der Staub der Kohle, die noch hier und da ansass, unter dem Microscope, zumal bei heller Beleuchtung von oben, sich aus kleinen Zellen zusammengesetzt, welche wieder andere Zellen einschlossen, und worin lichtere und dunklere Stellen in unbestimmten Entfernungen abwechselten, so dass eine Aehnlichkeit mit der Struktur der Sagenaria fusiformis Corda erkennbar wurde.

An diese Aststücke heftet sich als Schmarotzerpflanze die Aphlebia irregularis an, und ihre Verbindung mit denselben ist auf dem vorliegenden Exemplare stellenweise deutlich zu erkennen. Von dem kleineren mit a bezeichneten Stücke geht ein Rhizom ab, das an der Wurzel 4½ Lin. Breite besitzt, unter mehreren unregelmässigen Krümmungen und starken Bogen etwas über drei Zoll weit fortsetzt, dabei allmählich sich verschmälert und an der Spitze, wo es nur noch eine Linie Breite hat, abgebrochen zu sein scheint. Das Laub geht aus den Ecken der Biegungen dieses Rhizoms ab, ist linienförmig, ohne Spur von Adern, verästelt sich seitwärts mehrfach und die Endzipfel sind an der Spitze etwas breiter, daher keilförmig, und wieder in zwei oder drei Zipfel getheilt. Dasjenige Laub, das die Spitze des Hauptastes bildet, breitet sich fächerförmig aus und vertheilt sich in schmale Zipfel, deren Endzipfelchen keilförmig und zwei oder dreispaltig sind, die aber vorher noch einzeln stumpfe Seitenzipfelchen absetzen. Am deutlichsten bemerkt man die Verästelung und Spaltung des Endlaubes in dem unter dem ersten Rhizom befindlichen Exemplare, das von einem andern Rhizom abzustammen scheint.

Am nächsten ähnlich erscheint diese Pflanze der Aphlebia crispa Ung. Gutb. (Zwick. Verst. Taf. 6. Fig. 16.), die wir zu Schizopteris lactuca gezogen haben; aber der Mangel aller Adern, sowie der spiralförmigen Einrollung, und das nicht bloss am Ende, sondern durchaus in schmale linienförmige Zipfel getheilte Laub unterscheiden sie wesentlich.

Aphlebia irregularis.

(Fasc. V.) Tab. 24.

A. irregularis: frondibus sessilibus irregularibus flabellato-multifidis, laciniis terminalibus cuneatis apice uni-, bi-, trifurcatis, rhizomate parasitico scandente.

In lapide Grandgestein dicto lapicidinae Wettinensis una cum foliis Flabellariae principalis et ramis arborum monocotyledarum specimen unicum majusculum inventum est.

Lapis ramos duos praebet, ad examen rigorosum ineptos, neque corticis adspectum admittentes neque pelluciditate quadam structuram internam patefacientes, sed carbonis pro parte illis adhaerentis pulvis ope microscopii luce clara in superna parte adhibita, e cellulis minutis cellulas etiam minores includentibus composita apparuit et partes obscuriores et lucidiores alternantes spatiis irregularibus inter se distantes observatae sunt, ita ut affinitas cum structura Sagenariae fusiformis Cordae recognita sit.

His ramis Aphlebia irregularis more plantarum parasiticarum inhaesit et in specimine nostro pluribus locis insertio distincte observari potest. Ramus minor litera a notatus rhizoma profert, basi 4½ lin. latum, in partibus subsequentibus saepius irregulariter curvatum valdeque arcuatum, sensim latitudine deminutum, apice ut videtur truncatum et abruptum et lineae latitudinem vix excedens, a basi usque ad apicem longitudinem trium pollicum paullo superans. Frondes e curvis hujus rhizomatis enascuntur, formam linearem, nervis carentem induunt, ad latera pluries ramos emittunt, et laciniae terminales apice latiores, et propterea cuneatae, apice bi-aut trifidae sunt. Frons terminalis partis stipitis principalis flabelli instar dilatatur et in lacinias angustas dividitur, quae in lacinulas cuneatas, apice bi-aut trifidas, ante apicem lacinulam unam alteramve obtusam emittentes, exeunt. Distributio et fissura frondis apicalis in specimine infra rhizoma principale sito, alii rhizomati, uti videtur, enato, distinctius observari potest.

Similitudinem hujus plantae cum Aphlebia crispa Ung. Gutb. (Petref. Zwick. tab. 6. fig. 16.), quam ad Schizopteram lactucam alligavimus, facile observes, sed absentia venarum et involutionis spiralis, nec minus frondes non in apice sola, sed per totam longitudinem in lacinias lineares angustas divisae, differentias essentiales efficiunt.

Sigillaria spinulosa.

(Heft V.) Taf. 25.

S. spinulosa: caule rugoso-striolato, striis arcuatis marginibus cicatricum fere parallelis, cicatricibus longe distantibus, subpentagonis, angulis lateralibus acutis, disco cicatriculis tribus vascularibus notato, duabus lateralibus linearibus, obliquis, una intermedia arcuata, transversa. Tubercula duo centro impressa ad marginem inferiorem cicatricum.

Rost Dissert. pag. 9. *Lepidodendron spinulosum.*

Vier Exemplare dieser merkwürdigen Sigillarie wurden bei Löbejün gefunden. Sie zeichnet sich von allen bekannten Arten durch die Entfernung der Blattnarben von einander und die beiden mit einer Centralvertiefung versehenen Warzen unter dem Unterrande jeder Blattnarbe aus. Die Exemplare stellen sämmtlich Abdrücke der äussern Rinde dar, von denen durch Abgüsse mit Wachs, Gyps u. s. w. die Ansicht der äussern Oberfläche erhalten werden kann.

Die Rinde zeigt sich seicht, aber dicht der Länge nach gestreift, die Streifen biegen sich um die Blattnarben herum und laufen in der Nähe derselben deren Seitenrändern ziemlich parallel, sind aber nicht ganz regelmässig, sondern laufen zum Theil in einander, und ihre erhabenen Zwischenräume bilden Runzeln. Die Blattnarben stehen im Quincunx, sie sind wenig breiter als lang, fast fünfeckig, ihre obere Ecke ist abgestumpft, die untere gerundet, die Seitenecken bilden fast rechte Winkel, und sie liegen so flach auf dem Stamme, dass man eigentliche Blattpolster kaum bemerkt. Ihr Durchmesser beträgt wenig über zwei Linien, sie sind aber so weit von einander getrennt, dass die Entfernung des Seitenrandes der einen von dem Seitenrande der benachbarten vier Linien beträgt und auf den Quadratzoll nur ein Quincunx geht. Etwas oberhalb des mittleren Queerdurchmessers sieht man die Narben von drei Gefässbündeln, von denen die an der Seite linienförmig sind und jede parallel dem nächsten Seitenrande geht, die mittlere ebenfalls linienförmige aber einen kleinen Halbmond bildet.

Unterhalb jeder Blattnarbe befinden sich zwei runde Erhöhungen mit einer Centralvertiefung, welche theils an den untern Blattrand anstossen, theils etwas von ihm entfernt sind, und wahrscheinlich Stacheln trugen. Man sieht, dass sie an vielen Stellen etwas verschoben sind, bei manchen Blattnarben undeutlich werden, und dass bisweilen eine, bisweilen beide gänzlich fehlen, was wahrscheinlich Folge eines grösseren oder geringeren Druckes des Gesteines sein möchte.

Corda hatte bereits in Sternberg's Flora darauf aufmerksam gemacht, dass mehrere zu den Sigillarien gerechnete Formen weder zu den Farren noch zu den Lycopodiaceen gerechnet werden könnten (Sternberg's Vers. einer Flora der Vorw. VIII.), sondern zu dicotyledonen Stämmen gehörten, und namentlich erwähnt er (ebend. S. LII.) die Aehn-

Sigillaria spinulosa.

(Fasc. V.) tab. XXV.

S. spinulosa: caule rugoso-striolato, striis arcuatis marginibus cicatricum fere parallelis, cicatricibus longe distantibus, subpentagonis, angulis lateralibus acutis, disco cicatriculis tribus vascularibus notato, duabus lateralibus linearibus, obliquis, una intermedia arcuata, transversa. Tubercula duo centro impressa ad marginem inferiorem cicatricum.

Rost Dissert. pag. 9. *Lepidodendron spinulosum.*

Specimina quatuor hujus Sigillariae insignis prope Lobejunum inventa sunt. Ab omnibus speciebus hucusque cognitis cicatricibus longe inter sese distantibus et mamillis duabus centro impressis prope marginem inferiorem cicatricum positis dignoscitur. Specimina omnia ectypa corticis exterioris praebent, quorum imagines in cera, gypso et cet. expressae superficiei naturalis adspectum reddunt.

Cortex leviter sed densius longitudinaliter striatus est, striis cicatrices arcuatim includentibus, marginibus cicatricum in vicinitate earum subparallelis, minus tamen regularibus, sed pro parte confluentibus, interstitiis elevatis rugas efficientibus. Cicatrices foliorum quincuncinaliter dispositae, latitudine longitudinem paullo superantes, fere pentagonae, angulis lateralibus fere rectangulis, angulo superiore truncato, inferiore obtuso, cortici ita adpressae sunt, ut mamillas vix observes. Diameter earum lineas duas vix excedit, sed tam longe inter se distant, ut spatium inter marginem lateralem duarum vicinarum lineas quatuor metiatur et planities pollicis quadrati tantummodo unum quincuncem cicatricum contineat. Paullo supra medium diametri transversalis cicatrices tres vasculares observantur, quarum laterales lineares margini propinquo parallelae, intermedia linearis transversa, lunata.

Ad marginem inferiorem cujusvis cicatricis foliorum eique aut contigua aut paullulum ab illo remota tubercula duo hemisphaerica, centro impressa adsunt, e quibus verosimiliter aculei prosilierunt. Satis patet, tubercula illa saepe a loco suo demota, interdum obtrita esse, interdum unum interdum utrumque omnino deesse, sed tales aberrationes pressui majori aut minori lapidis attribui possunt.

Corda jam in Sternbergii opere commemoravit, plures formas, quae ad Sigillarias relatae sint, neque Filicibus, neque Lycopodiis adscribi posse (Sternberg Tent. Flor. VIII.), sed revera ad arbores dicotyledones spectare, et nominatim commemorat (ibid. pag. LII.) si-

lichkeit der Gattung Bergeria Pressl. mit Euphorbia. Ausführlicher weist er die dicotyledone Struktur mehrerer Stämme der Steinkohlenformation in seinem grossen Werke (Beitr. z. Flora d. Vorw.) nach. Unsere Sigillaria spinulosa, von der Corda durch Domitzer in Prag die ausgezeichnete Zeichnung entwerfen liess, glaubt Corda unbedenklich zu den Euphorbiaceen rechnen zu können, und fügte zum Vergleich die Zeichnungen der jetzigen Euphorbia nereifolia L. und E. splendens Boyer bei, doch möchten die Art der Streifung der Oberfläche, die Stellung der Blattnarben im Quincunx und einige minder auffallende Verschiedenheiten noch einige Bedenken gegen diese Vereinigung erregen.

Erklärung der Abbildungen auf Taf. XXV.

Fig. 1. Sigillaria spinulosa in natürlicher Grösse.

Fig. 2. Ein Stück der Oberfläche vergrössert.
- a., Blattnarbe.
- b., Gemmengrube.
- c., Narben der Gefässbündel.
- d., Stacheln.

Fig. 3. Ein Ast von Euphorbia nereifolia L. in natürlicher Grösse.

Fig. 4. Eine Blattnarbe derselben vergrössert, mit gleicher Buchstabenbezeichnung der einzelnen Theile wie in Fig. 2.

Fig. 5. Eine andere Blattnarbe derselben vergrössert.
- a., Blattnarbe.
- b., Eine aus der Gemmengrube hervortretende Gemme.
- c., Gefässbündelnarben.
- d., Verkümmerte Stacheln.

Fig. 6. Ein Ast von Euphorbia splendens Boyer in natürlicher Grösse.

Fig. 7. Eine Blattnarbe derselben vergrössert, mit gleicher Buchstabenbezeichnung der einzelnen Theile wie in Fig. 2.

Fig. 8. Eine Blattnarbe von Euphorbia mamillaris vergrössert.

militudinem generis Bergeria Pressl. et Euphorbiae. Accuratius in opere suo magno (Beitr. z. Flora d. Vorw.) structuram dicotyledonem plurium arborum formationis lithanthracum demonstravit. Sigillariam spinulosam nostram, cujus delineationem insignem Domitzer Pragensis Cordae precibus nobiscum communicavit, Corda sine dubio Euphorbiaceis adnumerandam esse credit, et comparationis causa delineationes Euphorbiae nereifoliae L. nec non E. splendentis Boyer nunc viventium adjici curavit. Attamen corticis caelatura, positio quincuncinalis cicatricum et plures differentiae minus eminentes adhuc dubia nonnulla huic opinioni opponunt.

Expositio tabulae XXV.

Fig. 1. Sigillaria spinulosa, magnitudine naturali depicta.

Fig. 2. Pars superficiei aucta.
- a., Cicatrix folii.
- b., Gemmae fovea.
- c., Cicatrices vasculares.
- d., Aculei.

Fig. 3. Ramus Euphorbiae nereifoliae L. magnitudine naturali depictus.

Fig. 4. Cicatrix folii ejusdem aucta, cujus partes iisdem literis, quibus in fig. 2. usi sumus, signatae sunt.

Fig. 5. Cicatrix alia folii ejusdem ampliata.
- a., Cicatrix folii.
- b., Gemma e fovea exsurgens.
- c., Cicatrices vasculares.
- d., Aculei abortivi.

Fig. 6. Ramus Euphorbiae splendentis Boyer magnitudine naturali depictus.

Fig. 7. Cicatrix folii ejusdem, cujus partibus eaedem literae, quas in fig. 2. invenis, adscriptae sunt.

Fig. 8. Cicatrix folii Euphorbiae mamillaris ampliata.

Die

Versteinerungen des Steinkohlengebirges

von

Wettin und Löbejün

im Saalkreise,

bildlich dargestellt und beschrieben

von

Ernst Friedrich Germar,

Dr. der Medic. u. Philos., Oberbergrath, öffentl. ordentl. Profess. d. Mineralogie und Director des akadem. mineralogischen Museums an der Univers. Halle-Wittenberg, mehrerer gelehrten Gesellschaften Mitgliede.

Sechstes Heft

mit 5 Tafeln Abbildungen.

PETRIFICATA

STRATORUM LITHANTHRACUM

WETTINI ET LOBEJUNI

IN

CIRCULO SALAE

REPERTA

DEPINXIT ET DESCRIPSIT

ERNESTUS FRIDERICUS GERMAR

MED. ET PHILOS. DR., A SUMMIS RERUM METALLICARUM CONSILIIS, MINERAL. PROFESSOR PUBL. ORD., MUSEI MINERALOG. ACAD. HALENSIS ET VITEBERGENSIS CONSOCIATAE DIRECTOR, COMPLUR. SOCIETAT. LITERAR. SODALIS.

FASCICULUS SEXTUS

TABULAS QUINUUE EXHIBENS.

Halle,

C. A. Schwetschke und Sohn.

1849.

Selaginites Erdmanni.

(Heft VI.) Taf. XXVI.

S. caule valido, erecto, apice pinnatim seu bipinnatim ramoso, undique foliato, ramis adscendentibus, apice recurvatis, foliis erectis, in caule sedecim- vel viginti-fariam imbricatis, e basi latiore lineari-subulatis, uninervibus, cicatricibus rhombeis oblongisve.

Dieser ausgezeichnete Lycopodiolit ist bis jetzt nur in wenigen Exemplaren bei Wettin gefunden, und zeichnet sich durch seine dichtstehenden, kleinen, kurzen, lanzettförmigen oder eirunden Blätter, von dem Stamme unter einem mehr oder weniger spitzigen Winkel aufsteigenden kurzen, gekrümmten, und wieder fiederartig vertheilten Aeste, so wie durch ansehnliche Grösse aus. Die nähere Beschreibung der vorzüglichsten Exemplare verdanke ich Herrn Prof. Dr. Kunze in Leipzig.

Das in Fig. A. abgebildete Exemplar giebt die Oberfläche eines Stammes und hat $1\frac{1}{2}$ bis $1\frac{3}{4}$ Zoll Breite. An ihm wird nirgends ein abgehender Ast sichtbar, wohl aber liegt neben ihm und ausser Zusammenhang mit ihm entweder das Ende eines abgehenden Astes, oder das Ende eines Stammes. Die Oberfläche des Stammes ist überall mit ziemlich stark hervortretenden Unebenheiten besetzt, die nach dem untern breiteren Ende] hin, wo wahrscheinlich die ersten Aeste abgingen, und nach der Mitte hin dichter stehen. Sie bilden etwas gebogene, in dem, wie es scheint, unteren Theile des Stammes bis eine Linie unter sich entfernte, nach den höheren Theilen mehr genäherte, bisweilen aber auch unter einander fliessende Reihen. 16 — 20 solcher Warzen werden in der untern Breite des Stammes gezählt, nach oben hin vermehrt sich ihre Zahl, indem sie sich verkleinern und etwas in die Länge gezogen erscheinen. Hier entsteht durch schwach erhobene Leisten eine netzartige Vertheilung.

An dieses Stammstück schliesst sich, jedoch nicht unmittelbar und von einem andern Individuum stammend, eine höhere, eilf Zoll lange Parthie des Stammes an, welche auf der linken Seite neun gut erhaltene Aeste hat, während die Aeste auf der rechten Seite abgebrochen sind (Fig. B.). Der Stamm selbst in dieser Höhe entspricht der bei dem vorigen Exemplare beschriebenen netzartigen Oberfläche am Ende, ist aber weniger deutlich. Die abgehenden Aeste sind am Grunde etwas aufsteigend, dann in ausgebreiteter Richtung auswärts gebogen, an den Enden in mehrere kurze, wieder etwas eingekrümmte Zweige getheilt. Die unteren bis zwei und einen halben Zoll langen Aeste sind am Grunde gegen einen Zoll stark, dicht mit gekrümmten, zwei bis drei Linien langen, wahrscheinlich ein-

Selaginites Erdmanni.

(Fasc. VI.) Tab. XXVI.

S. caule valido, erecto, apice pinnatim seu bipinnatim ramoso, undique foliato, ramis adscendentibus, apice recurvatis, foliis erectis, in caule sedecim- vel viginti-fariam imbricatis, e basi latiore lineari-subulatis, uninervibus, cicatricibus rhombeis oblongisve.

Speciei hujus insignis Lycopodioliti hucusque pauca specimina prope Wettinum inventa sunt et foliis parvis, brevibus, rhombeis vel ovatis, dense collocatis, et ramis sub angulo plus minusve acuto exsurgentibus brevibus, curvatis pinnatim rursus divisis, nec minus magnitudine majore excellunt. Descriptiones speciminum praestantiorum Dr. Kunze, Professor Lipsiensis, nobiscum benevole communicavit.

Specimen Fig. A. depictum superficiem trunci proponit et latitudinem $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{3}{4}$ pollicum praebet. Ramos continet nullos, sed specimen peculiare, aut apicem rami aut apicem trunci referens, juxta positum est. Superficies trunci undique protuberantiis satis perspicuis, ad inferiorem et latiorem partem trunci, ubi ramorum insertio incepisse credas, et medium versus densius collocatis, obtecta est. Protuberantiae series paullulum curvatas, ad basin praesumtivam trunci lineae intervallo inter se distantes, apicem versus magis approximatas, interdum confluentes formant. In inferiore parte trunci 16 — 20 protuberantiae in linea diametra enumerantur, apicem versus numerus augetur, dum minores et longiores evadunt. Rugae parum elevatae distributionem fere retiformem efficiunt.

Huic trunco adjungi potest, quamvis indirecte et ab alio individuo orta, pars trunci superior, quae longitudinem undecim pollicum attingit, et in sinistro latere novem ramos bene conservatos emittit, sed in latere dextro ramos abruptos praebet (Fig. B.). Haec trunci pars superior adaequat apicem prioris speciminis, rugis retiformibus tectum, at minus distincte expressa est. Rami egredientes in basi suberecti, in medio dilatato extra curvati, in apice in ramulos plures, breves, rursus recurvatos divisi sunt. Rami inferiores longitudinem duorum pollicum superant, in basi crassitiem pollicis attingunt, fo-

nervigen, linien- oder pfriemenförmigen, an der Basis etwas erweiterten Blättern besetzt, und deshalb die Stammverzweigung selbst nicht sichtbar. Die auch schon von den tieferen Aesten, besonders unterwärts und am Ende abgehenden Zweige sind kurz und undeutlich. Deutlicher und verlängert erkennt man die Zweige an den höher stehenden bis zu drei Zoll langen Aesten, und es sind dieselben jedenfalls nochmals getheilt. Die höheren Aeste und Zweige sind mehr offenstehend, weniger gekrümmt, auch mit kürzeren Blättern besetzt, deren Warzen stark in die Länge gezogen erscheinen. Ganz ähnliche Verhältnisse der Verästelung und Blattbedeckung zeigt noch ein anderes Exemplar eines Stammendes.

Fig. D. möchte wohl der Gegendruck von dem oberen Theile eines Stammes sein. Die vertieften Aeste zeigen kleine Vertiefungen, welche den Blattwarzen der übrigen Exemplare entsprechen. Hier sind auch die oberen Aeste noch deutlich als gekrümmt zu erkennen, und deuten das jüngere Alter des Exemplares an.

Von Fruchtorganen ist, wenn nicht die erhabenen Wurzeln der Blätter von ihnen bewirkt worden sind, keine Spur vorhanden. Der Bau der Pflanze scheint bis auf den ungemein verdickten Stamm ganz den Lycopodien der Jetztwelt zu entsprechen, und zwar der Abtheilung Selagines. Bei diesen stehen die Früchte in den Achseln der Blätter und werden von diesen oft völlig verdeckt. Wenn, wie nicht unwahrscheinlich ist, bei unserem Selaginites Erdmanni derselbe Fruchtbau Statt fand, so ist es nicht auffallend, dass keine Früchte sichtbar werden.

Mit Daorydium elatum Well (Mohl und Schlechtend. Botan. Zeit. **1846. S. 678.**) aus der Abtheilung der Coniferen, welches Junghuhn für ein baumartiges Lycopodium der Jetztwelt gehalten hat, zeigt unser Selaginites keine Verwandtschaft.

Benannt wurde diese Pflanze zum Andenken an den kürzlich hier verstorbenen Bergrath Erdmann in Halle, der früher als Direktor des Bergamtes in Wettin sehr eifrige Fürsorge trug, dass die dort vorkommenden Pflanzenabdrücke sorgfältig aufbewahrt und an unser Museum abgegeben würden.

Fig. A. Unterer Theil des Stammes, dem zur Seite ein Astende oder ein Stammende liegt.

Fig. B. Oberer Theil des Stammes mit den abgehenden Aesten und Zweigen.

Fig. D. Abdruck eines Stammendes.

liis curvatis lineari-subulatis, in basi subdilatatis, duas vel tres lineas longis, verosimiliter uninervibus tam dense obtecti sunt, ut articulatio trunci conspici non possit. Ramuli jam e ramis inferioribus praesertim subtus et apicem versus exorientes minus perspicui et breves sunt. Ramuli e ramis superioribus ad longitudinem trium pollicum extensis exorientes insigniores et longiores rursusque divisi conspiciuntur. Rami et ramuli superiores magis patent, minus flectuntur et foliis brevioribus, quorum protuberantiae valde elongatae apparent, obtecti sunt. Simillimam ramificationem et foliorum distributionem aliud specimen partis superioris trunci praebet.

Fig. D. typolithum partis terminalis trunci proponere videtur. Rami lapidi impressi foveolas parvas, protuberantiis foliorum, quae in reliquis speciminibus in conspectum veniunt, adscribendas continent. In hoc specimine rami superiores perspicue curvati juvenilem statum plantae indicant.

Fructificationes, nisi protuberantias in basi foliorum ab illis derives, non adsunt. Totus habitus plantae, si trunci crassitiem excipias, cum Lycopodiis hodiernis, praesertim Selaginibus convenit. In his fructus axillis foliorum insident et ab iis saepe plane obteguntur, et si supponamus Selaginitis Erdmanni fructus eundem situm habuisse, non miramur, fructus vidi non posse.

Cum Daorydio elato Well (Mohl et a Schlechtend. ephemer. botan. **1846. p. 678.**) speciei Coniferarum adscribendo, quod Junghuhnius Lycopodium arborescens nostri temporis esse judicat, Selaginites noster nullum adfinitatem praebet.

Denominata est haec planta in memoriam nuper defuncti Domini Erdmann, a consiliis metallicis, Halensis, qui, dum prius fodinis Wettinensibus praeerat, plantarum ectypa in illis inventa accurate colligere et museo nostro tradere curavit.

Fig. A. Pars inferior trunci, cui pars terminalis rami aut ramuli adjacet.

Fig. B. Pars superior trunci cum ramis et ramulis enascentibus.

Fig. D. Typolithus partis terminalis trunci.

Pecopteris Miltoni Brong.

(Heft VI.) Taf. XXVII.

P. fronde tripinnata, rhachi laevi, pinnis pinnulisque patentibus alternis, *pinnulis* basi paullulum contractis approximatis *oblongis obtusissimis, mediis sinuatis inferioribus subpinnatifidis*, fructiferis longioribus crenulatis, *nervis secundariis dichotomis trichotomisve e nervo medio excurrente angulo recto exeuntibus*, ramulis simplicibus furcatisve.

Artis Antedil. Phytol. tab. XIV. *Filicites Miltoni.*
Brong. Prodr. p. **58**. *Pecopteris Miltoni.*
Histoire végét. foss. I. p. **333**. tab. XIV. *Pecopteris Miltoni.*
Prodr. p. **56**. *Pecopteris polymorpha.*
Hist. végét. foss. *Pecopteris polymorpha.*
Göpp. Syst. fil. foss. p. **324**. *Cyatheites Miltoni.*
Rost Dissert. de filic. ectypis. p. **26**. *Pecopteris polymorpha.*
Diss. p. **30**. *Pecopteris marginata.*

Es unterliegt keinem Zweifel, dass das hier abgebildete Farnkraut der oben bezeichneten Art zugehört, dennoch aber zeigen die meisten von unsern Exemplaren einige kleine Abweichungen, welche eine Beachtung verdienen, und die ich weiterhin besonders erwähnen werde. Das mineralogische Museum zu Halle besitzt eine grosse Reihe von mehr oder weniger vollständigen und instructiven Exemplaren, die sämmtlich von Wettin stammen, obschon es daselbst nicht gerade häufig gefunden wird. Diese bieten fast alle Modificationen dar, welche Brongniart in seinem Werke abgebildet hat, und bestätigen die Behauptung Göppert's, dass die Pecopteris polymorpha Brong. mit hierher gezogen werden müsse.

Die mir zu Gesicht gekommenen Bruchstücke obengenannter Pflanze lassen schliessen, dass die Wedel mehrere Fuss Länge gehabt haben, und hiermit hängen die abweichenden Formen der Fiedern in den obern und untern Theilen der Wedel zusammen, daher es oft sehr sorgfältiger Untersuchungen bedarf, und eine grosse Zahl von Exemplaren nöthig wird, um die Zusammengehörigkeit der Theile genügend nachweisen zu können. Ein unteres Wedelstück, dessen flachgedrückte Spindel über **1** Zoll im Durchmesser hält, zeigt **2** Paar ansitzende Fiederfragmente, von denen das eine, obschon das Ende fehlt, beinahe **1** Fuss Länge erreicht und **12** Paar secundäre Fiedern hat. Auch besitzt dieses Exemplar ganz deutlich eine dreifache Fiederung, und gewährt einen guten Anhaltepunkt für die Deutung anderer Bruchstücke.

Pecopteris Miltoni Brong.

(Fasc. VI.) Tab. XXVII.

P. fronde tripinnata, rhachi laevi, pinnis pinnulisque patentibus alternis, *pinnulis* basi paullulum contractis approximatis *oblongis obtusissimis, mediis sinuatis inferioribus subpinnatifidis*, fructiferis longioribus crenulatis, *nervis secundariis dichotomis trichotomisve e nervo medio excurrente angulo recto exeuntibus*, ramulis simplicibus furcatisve.

Artis Antedil. Phytol. tab. XIV. *Filicites Miltoni.*
Brong. Prodr. p. **58**. *Pecopteris Miltoni.*
Histoire végét. foss. I. p. **333**. tab. XIV. *Pecopteris Miltoni.*
Prodr. p. **56**. *Pecopteris polymorpha.*
Hist. végét. foss. *Pecopteris polymorpha.*
Göpp. Syst. fil. foss. p. **324**. *Cyatheites Miltoni.*
Rost Dissert. de filic. ectypis. p. **26**. *Pecopteris polymorpha.*
Diss. p. **30**. *Pecopteris marginata.*

Quamquam non est dubium, quin filix hic delineata ad speciem supra definitam sit referenda, tamen in plurimis nostrorum speciminum quaedam parvae differentiae apparent, quae aliquam considerationem exigentes infra suo loco exponentur. Museum mineralogicum Halense longam seriem possidet speciminum pro majore vel minore integritate ad illustrandam speciem magis minusve idoneorum, quae a Wettino omnia sunt oriunda, quamquam non copiose haec species ibi obvenit. Conspiciuntur in iis fere omnes formarum varietates illae, quas Brongniart in opere suo delineavit, quo confirmatur Goepperti sententia, Pecopteridem polymorpham Brong. huc referendam esse contendentis.

Quae ego vidi plantae supra nominatae fragmenta persuadent, frondes aliquot pedum longitudinem habuisse. Ex his pinnarum formae in superioribus et inferioribus frondium partibus pendent, quarum propter discrepantias saepe disquisitione admodum diligente opus est et magnus speciminum numerus exigitur, quo communis fragmentorum origo affatim probetur. Pars quaedam frondis inferior, cujus rhachis compressa latitudine pollicem superat, duorum parium pinnarum sessilium fragmenta exhibet, quorum unum, duodecim paribus pinnarum secundariarum instructum, quamquam truncatum, fere pedis longitudinem aequat. In eodem specimine tripinnato dispositio pinnarum tam conspicua est, ut ad definienda alia fragmenta bonam normam praebeat.

Legen wir bei unserer fernern Betrachtung dieses Farnkrautes die auf beifolgender Tafel XXVII. gegebenen Abbildungen zu Grunde, so ergiebt sich aus den von mir angestellten Vergleichungen vieler Fragmente, dass Figur 1. a. das Stück einer mittlern Fieder darstellt. Die Fiederchen erscheinen hier mehr crenulirt als fiedertheilig, doch nimmt letzteres Verhältniss, je weiter die Fiedern nach unten rücken, zu, wie wir dies Fig. 2. sehen können. Fig. 1. b. und c. zeigen uns die Endtheile mittlerer Fiedern, welche sich fast immer als solche erkennen lassen, wenn man wahrnimmt, dass auf eine geringe Anzahl ganzrandiger Fiederchen, wie Fig. 1. b. α, β, γ, δ. alsbald die fiedertheiligen Blättchen eintreten. Ueberhaupt habe ich durchweg die Beobachtung gemacht, dass diejenige Art der Theilung, welche einmal eingetreten ist, sich stets auf eine ganze Reihe von Fiedern gleichmässig erstreckt, nämlich so, dass der Wedel in seinen obern Theilen deren etwa 6—8 mit ganzrandigen Blättchen zeigt, wie in Fig. 3. eine dargestellt ist, wo sich indess ganz dieselbe Theilung an der Spitze wiederholt, wie wir sie an den Endstücken in Fig. 1. b. und c. bemerkt haben; nur dass an dem mittlern und untern Wedelstücke, welches erstere die crenulirten, und welches letztere die eigentlich fiedertheiligen Blättchen trägt, sich ebenfalls eine grössere und constante Fiederreihe einfindet.

Der Umriss der untern Fiedern ist länglich-lanzettlich und der der obern linear-lanzettlich; die obern ganzrandigen Fiederchen erscheinen meist linear-länglich, stumpf, während die untern crenulirten und fast fiederspaltigen oder buchtig fiederspaltigen gewöhnlich länglich und sehr stumpf sind. Der Endlappen ist bei unserer Art aber stets länger, als ihn Brongniart's Zeichnungen geben. An der Basis sind sämmtliche Fiederchen etwas zusammengezogen, und wo der Uebergang aus den ganzrandigen in die crenulirten Statt findet, macht sich dies jedes Mal dadurch kenntlich, dass die der Spindel zunächst sitzenden mit einem hervorspringenden kleinen Lappen am Grunde oder mit einer seichten Ausbuchtung des Randes auftreten, Fig. 1. b. Sie sind getrennt, genähert und selbst einander berührend. Die Nervatur ist bei dieser Art sehr ausgezeichnet, und stimmt bei allen Fiederchen darin überein, dass die Seitennerven vom Hauptnerven stets unter einem rechten Winkel ausgehen; in den obern Fiederblättchen sind die Seitennerven meist dichotom, nach der Basis zu trichotom, auch theilen sich dieselben an dem Rande wohl noch ein Mal, was indess bei unsern Exemplaren selten zu beobachten ist. Letztere so wie eine etwas unregelmässige Theilung kommt an den crenulirten Fiederchen vor. Im Allgemeinen bemerkt man, dass die zuletzt genannte Art der Nervatur sich auch den fast fiederspaltigen Blättchen mittheilt, doch tritt an unsrer Pflanze hierin eine auffallende Abweichung bei den der Spindel zunächst sitzenden Fiederchen ein, nämlich, dass die einzelnen Lappen einen deutlichen Mittelnerven mit seitlichen dichotomen Aesten zeigen, wie ihn Brongniart bei der Pecopteris abbreviata Fig. 2. A. und Fig. 3. A. abbildet. Man vergleiche die Fig. 2. A. unserer Abbildung, welche ein einzelnes Fiederchen von Fig. 2.

Quodsi in continuata hujus filicis consideratione sequimur icones in addita tabula XXVII. expressas, e multorum fragmentorum comparatione a me facta apparet, figura 1. a. pinnae mediae partem exhiberi. Pinnulae hic crenulatae potius apparent quam pinnatifidae; sed haec forma, quo inferiores sunt pinnae, eo planius conspicitur, ut ex figura 2. cognoscimus. Figurae 1. b. et c. portiones terminales pinnarum mediarum demonstrant, quae quidem fere semper agnoscuntur, ubi exiguum numerum pinnularum integrarum pinnatifidae sequuntur, ut est in figuris 1. b. α, β, γ, δ. Omnino ubique observavi, quod genus partitionis semel provenit, id per continuam seriem pinnarum constans esse, ita, ut frons suprema circiter sex vel octo pinnas exhibeat pinnulis integris, qualem fig. 3. demonstrat, ubi vero apicem versus eadem prorsus partitio conspicitur, quam vidimus in portionibus terminalibus figurarum 1. b. et c.; et ut in frondis parte media atque infima, quarum illa crenulata, haec proprie pinnatifidas pinnulas habet, pariter proveniat major et constans pinnarum series.

Pinnarum inferiorum figura est oblongo-lanceolata, superiorum lineari-lanceolata; pinnulae superiores integrae plerumque lineari-oblongae, obtusae apparent, inferiores autem crenulatae et fere pinnatifidae vel sinuato-pinnatifidae ut plurimum oblongae et obtusissimae sunt. Sed lobus terminalis in nostra specie ubique longior est, quam Brongniarti figuris exhibetur. Ad basin omnes pinnulae aliquantulum contractae sunt, atque ubi integrae in crenulatas transeunt, pinnulae, quae rhachidi sunt proximae, lobulo ad basin prominulo vel brevi sinu marginis insigniuntur. Fig. 1. b. Sunt distantes, approximatae vel etiam contiguae. Nervorum decursus in hac specie admodum insignis est, et in omnibus pinnulis eo convenit, quod nervi laterales e medio primario ubique sub recto angulo excurrunt; in superioribus pinnulis nervi laterales plerumque dichotomi, basin versus trichotomi sunt; nonnulli ad marginem rursus finduntur, id quod in nostris quidem speciminibus raro apparet. Haec partitio et alia aliquatenus inaequalis in pinnulis crenulatis obveniunt. In universum animadvertitur, ordinem nervorum postremo memoratum etiam in pinnulas paene pinnatifidas transire; sed hac in re mire discrepat nostra planta pinnulis rhachidi proximis, ita quidem ut singuli lobi conspicuum nervum medium cum ramis lateralibus dichotomis exhibeant, qualem Brongniart delineavit *Pecopteridis abbreviatae* fig. 2. A. et fig. 3. A. Conferatur nostra figura 2. A. solitariam pinnulam figurae 2.

ist. In Bezug auf die äussere Aehnlichkeit dieser beiden Arten nimmt Brongniart schon Veranlassung, die besonders unterscheidenden Charaktere zusammenzustellen; allein die Angabe derselben, so wie anderweitige Gründe, welche er noch für die Trennung sprechen lässt, wollen mir nicht genügen, um in den gegebenen Abbildungen etwas Anderes als Bruchstücke der Pecopteris Miltoni zu erkennen. Pecopteris abbreviata Lindl. und Hutt. ist sicher eine andre Pflanze. Pecopt. polymorpha Rost umfasst den obern Theil des Wedels und Pecopt. marginata Rost den untern, wie aus den von seiner Hand bezeichneten Bruchstücken im mineralogischen Museum hervorgeht.

Fruchttragende Exemplare sind bisher bei Wettin noch nicht aufgefunden worden.

Fig. 1. a. Bruchstück einer mittlern Fieder.
Fig. 1. b. u. c. Endstücke von mittlern Fiedern.
Fig. 1. b. α, β, γ, δ. Die ersten ganzrandigen Fiederblättchen.
Fig. 2. Bruchstücke einer untern Fieder.
Fig. 2. a. Ein Fiederblättchen derselben vergrössert.
Fig. 3. Eine Fieder des obern Wedels.
Fig. 3. a. Ein einzelnes Fiederblättchen desselben vergrössert.

(Vorstehende Beschreibung ist von Herrn Dr. Andrä entworfen).

proponens. Respectu externae similitudinis harum duarum specierum jam Brongniart characteres praecipue distinguentes composuit; sed neque hi neque ceterae rationes, quibus disjunctionem defendit, mihi satis persuadent, ut in iconibus ab illo datis aliud quid ac fragmenta Pecopteridis Miltoni videam. Pecopteris abbreviata Lindl. et Hutt. certe alia est planta. Pecopt. polymorpha Rost superiorem partem frondis, Pecopt. marginata Rost inferiorem amplectitur, id quod ex fragmentis Musei mineralogici manu illius signatis elucet.

Exempla fructifera ad Wettinum adhuc non sunt inventa.

Fig. 1. a. Fragmentum pinnae mediae.
Fig. 1. b. et c. Portiones terminales pinnarum mediarum.
Fig. 1. b. α, β, γ, δ. Primae pinnulae integrae.

Fig. 2. Fragmentum pinnae inferioris.
Fig. 2. a. Ejusdem pinnula, dimensionibus auctis.
Fig. 3. Pinna frondis superioris.
Fig. 3. a. Ejusdem pinnula solitaria, dimensionibus auctis.

(Hujus descriptionis auctor est Dr. Andrä.)

Sp

Sph. f
go-lanceola
lineari-lan
suboblique
apice rotu
postica rh
rentibus a
gulo acuto
sus tri-bifu

Diese dur
und sogleich
bei Wettin i
Sie kommt abe
ten eines sands
ferthones besc
zen Wedels
vorliegenden
eine dreifach

Fig. 1
haltenen pr
an welchen
Eigenschaften
ben sind, mi
Verzweigunge
gestellten la
Paar Fiedern
jene ein gel
Spindel verbi
den Fiederche
stumpfen End
dern nach u
einigen ande
liche Form

Zu den
Eigenthümlic
Bemerkungen
Blättchen, n
allerdings a
werden sie w
der hintere
nung, währ
wodurch de
biegung ma
mondförmig

Sphenopteris integra.
(Heft VI.) Taf. XXVIII.

Sph. fronde tripinnata, pinnis primariis ambitu oblongo-lanceolatis patentibus alternis, pinnis secundariis ambitu lineari-lanceolatis sessilibus, *pinnulis ex rhombea basi suboblique ovalibus* plerumque sublunulatis *integerrimis*, apice rotundatis, *antica basi fere rectangule truncatis* et *postica rhachin versus secundariam angustatis subdecurrentibus* approximatis, nervis pinnatis a nervo medio angulo acuto egredientibus subflexuosis dichotomis apicem versus tri-bifurcatis.

Diese durch die Gestalt der Fiederchen ausgezeichnete und sogleich zu unterscheidende Art ist erst in neuester Zeit bei Wettin in mehreren Exemplaren aufgefunden worden. Sie kommt aber nur selten vor, und scheint auf gewisse Schichten eines sandsteinartigen, meist glimmerreichen, grauen Schieferthones beschränkt zu sein. Ueber den Umriss des ganzen Wedels lässt sich nichts Bestimmtes angeben; an einem vorliegenden Exemplare bemerkt man aber ganz deutlich eine dreifache Fiederung.

Fig. **1.** zeigt die Bruchstücke von **2** ziemlich wohlerhaltenen primären und einigen einzelnen secundären Fiedern, an welchen besonders die oben in der Diagnose erwähnten Eigenschaften der Fiederchen in die Augen fallen. Dieselben sind, mit Ausnahme derjenigen, welche den äussersten Verzweigungen angehören, stets frei. An dem in Fig. **3.** dargestellten lanzettlich zugespitzten Endtheile sieht man ein Paar Fiedern, deren Blättchen zusammenfliessen, wodurch jene ein gelapptes Ansehen erhalten; weiter unten an der Spindel verbinden sich indess nur bisweilen die letzten beiden Fiederchen mit dem meist etwas rhombisch-eiförmigen stumpfen Endlappen. In Fig. **2.** nehmen die secundären Fiedern nach unten an Länge ab, welche Erscheinung auch an einigen andern Exemplaren erkannt wird, daher die lanzettliche Form der Fieder selbst wohl ausser Zweifel gesetzt ist.

Zu den in der obigen Charakteristik hervorgehobenen Eigenthümlichkeiten der Fiederchen habe ich noch folgende Bemerkungen hinzuzufügen. Die Grundgestalt der einzelnen Blättchen, namentlich in den untern Theilen des Wedels, ist allerdings aus rhombischer Basis etwas schief oval, indess werden sie weiter oben auch schief eiförmig; immer aber zeigt der hintere Blattrand eine mehr oder weniger sanfte Krümmung, während der vordere entweder gerade herunter geht, wodurch der Umriss fast linear wird, oder eine kleine Einbiegung macht und dadurch dem Blättchen eine etwas halbmondförmige Gestalt giebt, namentlich wenn dasselbe an der

Sphenopteris integra.
(Fasc. VI.) Tab. XXVIII.

Sph. fronde tripinnata, pinnis primariis ambitu oblongo-lanceolatis patentibus alternis, pinnis secundariis ambitu lineari-lanceolatis sessilibus, *pinnulis ex rhombea basi suboblique ovalibus* plerumque sublunulatis *integerrimis*, apice rotundatis, *antica basi fere rectangule truncatis* et *postica rhachin versus secundariam angustatis subdecurrentibus* approximatis, nervis pinnatis a nervo medio angulo acuto egredientibus subflexuosis dichotomis apicem versus tri-bifurcatis.

Hujus speciei forma pinnularum insignis et planissime distinctae nuperrime demum prope Wettinum aliquot specimina detecta sunt. Sed raro tantum obvenit, et solummodo in quibusdam stratis ampelitae cujusdam ravae, psammitaceae, plerumque mica abundantis contineri videtur. Totius frondis circumscriptio certo definiri non potest; sed in specimini quodam mihi obversante frons tripinnata plane conspicua est.

Fig. **1.** exhibet fragmenta duarum pinnarum primariarum satis bene conservatarum et aliquot secundariarum, in quibus pinnularum characteres supra in diagnosi memorati praecipue manifesti sunt. Eaedem, exceptis ramificationibus extremis, ubique liberae sunt. In parte terminali lanceolato-acuminata, quae delineata est fig. **3.**, aliquot pinnae conspiciuntur, quae confluentibus pinnulis faciem lobatam nanciscuntur; sed inferius in rhachide nonnusquam tantum extremum pinnularum par coit cum lobo terminali plerumque rhomboideo-ovato obtuso. In fig. **2.** pinnae secundariae deorsum decrescunt, quae res in aliis quoque aliquot speciminibus cognoscitur, quapropter lanceolata pinnae ipsius forma videtur non dubia esse.

Ad proprios pinnularum characteres supra explanatos haec sunt addenda. Forma fundamentalis singularum pinnularum, praecipue in inferiore frondis parte, sane quidem est e basi rhomboidea aliquantulum oblique ovalis, sed superius etiam oblique ovatae evadunt; ubique autem posterior pinnulae margo curvaturam magis minusve levem ostendit, anteriore vel recto, ut circumscriptio fiat paene linearis, vel aliquantum concavo, ut pinnula appareat sublunata, praesertim si ad basin posteriorem, qua per rhachin decurrit, parumper in-

hintern Basis, da, wo es an der Spindel herabläuft, ein wenig eingeknickt erscheint. Die Ecke, welche an der vordern Basis durch die Abstutzung gebildet wird, ist meist schwach abgerundet, und die Verschmälerung des Blättchens beginnt auffällig an der Stelle, wo der Mittelnerv mit einer Krümmung schief nach der Spindel hinabsteigt; indess ist diese Verengerung immer noch ziemlich breit, und so kurz, dass man die Fiederchen nicht gut als gestielt betrachten kann.

In Bezug auf die Nervatur ist noch zu erwähnen, dass sich der Mittelnerv kaum etwas stärker als die seitlichen Nerven zeigt, und dass sie sämmtlich bei einer meistens deutlichen Ausprägung eine zarte Beschaffenheit erkennen lassen. Bemerkenswerth sind die basalen Seitennerven, welche gewöhnlich eine wiederholt gablige Theilung besitzen, und von denen der dem hintern Blattrande zugewandte stets an dem äussersten Anfangspunkte des Mittelnerven entspringt und eine starke Krümmung macht; während der nach vorn gerichtete mit seinem obern Aste sanft aufsteigt, und mit seinem untern parallel der abgestutzten Basis des Blättchens geht, wie in Fig. 4. Unter den vorweltlichen Farren findet sich nur Sphenopteris Rössertiana Sternbg. aus dem Keuper, freilich nur in sehr unvollständigen Bruchstücken bekannt, welche in der Blattform einige Aehnlichkeit mit der beschriebenen Art besitzt; von jetzt lebenden bemerken wir dieselbe an einigen Aspidien, namentlich Aspidium vestitum Sw. und Aspidium capense Willd., so wie auch bei Cheilanthes capensis Thbg. und Cheilanthes spectabilis Kaulf., welche, insbesondere das letzte, selbst in der Nervenvertheilung etwas Analoges darbieten, Fig. 5.

Früchte sind bisher nicht beobachtet worden, daher weitere Vergleichungen erfolglos sein dürften.

Fig. 1. Bruchstücke von primären und secundären Fiedern.
Fig. 2. Eine einzelne Fieder, welche im Umriss nach unten die Verschmälerung zeigt.
Fig. 3. Endstück einer Fieder.
Fig. 4. Ein einzelnes Fiederblättchen.
Fig. 5. Ein Bruchstück von Cheilanthes spectabilis Kaulf.

(Vorstehende Beschreibung ist von Hrn. Dr. Andrä mitgetheilt).

fractum videtur. Angulus ad anteriorem basin truncatione factus, plerumque leviter rotundatus est, et angustatio pinnulae conspicue incipit eo loco, ex quo nervus medius per curvaturam oblique descendit rhachin versus; sed haec pars, quamquam angustata, satis lata est ac tam brevis, ut pinnulas petiolatas fuisse valde dubium sit.

De nervorum dispositione addendum est, quod nervus medius vix aliquantulo crassior lateralibus apparet et quod omnes, quamquam plerumque conspicue expressi, exiles sunt. Mentione digni sunt nervi laterales e basi orientes, plerumque aliquoties furcati, et quorum posterior semper ex primo nervi medii puncto nascitur graviterque incurvatus est, anterior autem ramo superiore leniter adscendit, inferior truncatae basi pinnulae parallelus est, ut in fig. 4. conspicitur. Inter filices fossiles sola est Sphenopteris Rössertiana Sternbg. quae ex Keupero fragmentis quidem admodum mancis nota est, quae pinnularum forma speciei hic descriptae similitudinem refert; eandem inter nunc viventes Aspidia quaedam exhibent, praecipue Aspidium vestitum Sw. et Asp. capense Willd., nec non Cheilanthes capensis Thbg. et Cheilanthes spectabilis Kaulf., quae, praecipue Cheil. spectabilis, etiam nervorum dispositione aliquid simile offerunt. Fig. 5.

Sori adhuc non sunt observati, quam ob rem continuatae comparationes ne successu careant verendum est.

Fig. 1. Fragmenta pinnarum primariarum et secundariarum.
Fig. 2. Singula pinna, circumscriptione basin versus angustata.
Fig. 3. Pars terminalis pinnae.
Fig. 4. Singula pinnula.
Fig. 5. Fragmentum Cheilanthidis spectabilis Kaulf.

(Hujus descriptionis auctor est Dr. Andrae).

Fischüberreste

(Taf. XXIX. u. XXX.)

(beschrieben von Dr. Giebel).

Chilodus carbonarius.

(Heft VI.) Taf. XXIX. Fig. 1.

Lamna carbonaria, Germar Versteiner. des Steinkohlengebirges von Wettin und Löbejün. Heft I. S. 1. Taf. 1. Fig. 1.

Chilodus tuberosus, Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. S. 352.

Fig. 1. Taf. 29. zeigt uns zwei schief über einander liegende, fest zusammengedrückte Zähne, von denen der hintere nur mit der stumpfen Spitze in der Abbildung sichtbar ist. Die Wurzel beider Zähne ist dick und wulstig, und wiewohl die Gestalt derselben durch den Erhaltungsgrad verändert worden ist, sieht man dennoch die Aehnlichkeit mit der Zahnwurzel der Lamnoideen. Diese Aehnlichkeit besteht in den zwei jähe herabgebogenen, kurzen, dünnen Hörnern, welche durch einen concaven untern Ausschnitt von einander getrennt waren. Der Ausschnitt ist durch die innige Verbindung beider Zähne und durch den Versteinerungsprocess zum Theil ausgefüllt worden. Auf der dicken Wurzel erhebt sich die vierseitig pyramidale Krone, deren Spitze am vordern Zahne abgebrochen, am hintern noch erhalten und ziemlich stumpf ist. Die hintere und vordere Kante der Krone ist stumpf und abgerundet, die äussere und innere dagegen scharf und unregelmässig fein gezähnelt. Diese Zähnelung besteht eigentlich nur in einer Kerbung zu beiden Seiten der scharfen Kante.

Dieses Fossil ist schon a. a. O. beschrieben und abgebildet worden; allein die sorgfältige Befreiung desselben von der umgebenden Kohle, welche mit grosser Gefahr für die Erhaltung der Zähne verknüpft war, hat die Gestalt dieser vollständiger dargelegt und zu der Ueberzeugung geführt, dass die wulstige Wurzel, die pyramidale Gestalt der Krone und die ganz eigenthümlichen Kanten eine neue Gattung andeuten, die durch eine abermalige Abbildung dargestellt zu werden verdiente. Der Name wurde gebildet aus χείλη und ὀδούς.

Fig. 1. Der Zahn von der Aussenseite. — a. Querschnitt der Krone. — b. Zähnelung der äussern Kante.

Piscium reliquiae

(Tab. XXIX. et XXX.)

(descripsit Dr. Giebel).

Chilodus carbonarius.

(Fasc. VI.) Tab. XXIX. Fig. 1.

Lamna carbonaria, Germar Petrificata stratorum lithanthracum Wettini et Lobejuni reperta. Fasc. I. p. 1. Tab. 1. Fig. 1.

Chilodus tuberosus, Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. p. 352.

Fig. 1. tab. 29. praebet duos oblique sese obtegentes, firme compressos dentes, quorum posterior obtuso tantum apice in figura sub adspectum venit. Utrinsque dentis radix est crassa, tuberosa, et quamvis forma ejus ratione conservationis commutata sit, tamen similitudo radicis Lamnoideorum piscium facile cognoscitur. Haec similitudo nititur in illis duobus cornibus proclivibus, brevibus, tenuibus, quae margine inferiore atque concavo distinentur. Concavitas marginis inferioris expleta est partim conjunctione duorum dentium, partim processu petrificationis. In radice crassa assurgit corona pyramidalis, quadrilateralis, cujus apex anterioris dentis perfractus est, posterioris autem conservatus et aliquantum obtusus est. Anterior et posterior margo coronae obtusus et rotundatus est, externus et internus vero acutus, et irregulariter et subtiliter dentatus. Haec dentitio proprie crenulatio utriusque lateris marginis est.

Hoc specimen jam l. c. descriptum et configuratum est, sed diligens seiunctio ejus ab lithanthrace circumdante, qua conservatio dentium in magnum periculum adducebatur, formam eorum magis integram praebuit, et demonstravit, tuberosam radicem, formam coronae pyramidalem et proprios margines indicare novum genus, quod iterum delineari debeat. Nomen generis compositum est ex χείλη et ὀδούς.

Fig. 1. Dens externo latere. — a. Incisura transversalis coronae. — b. Crenulatio externi marginis.

Chilodus gracilis.

(Heft VI.) Taf. XXIX. Fig. 2.

Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. S. 352.

Der in Figur 2. abgebildete Zahn weicht ausser der geringern Grösse noch merklich von dem vorigen ab. Seine Wurzel ist unregelmässig wulstig, ohne Hörner und schief von innen nach aussen gedrückt. In der Mitte der Wurzel erhebt sich die zierliche, sanft gebogene Krone. Auch diese ist durch eine scharfe, sehr fein gezähnelte Kante jederseits in eine vordere und hintere Hälfte getheilt. Beide Kanten stehen aber nicht ganz in der Mitte der Krone, sondern schief gegen einander über. Die vordere und hintere Kante ist wieder abgerundet. An der convexen Seite der Kronenbasis liegt eine ziemlich grosse, fast kreisrunde Bruchstelle, welche nur von einem abgebrochenen grossen Basalhöcker herrühren kann.

Die allgemeine Gestalt dieses Zahnes berechtigt zu der Vermuthung, dass er mit dem vorigen von derselben Gattung stamme, während die anders gestaltete Wurzel und die Anwesenheit eines Secundärkegels die specifische Differenz bekunden.

Chilodus gracilis.

(Fasc. VI.) Tab. XXIX. Fig. 2.

Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. p. 352.

Dens figura 2. depictus valde differt praeter minorem magnitudinem etiam aliis characteribus a supra descripto. Radix enim est irregulariter tuberosa, cornibus carens et oblique ab interno ad externum compressa. Media in radice ascendit corona gracilis, paullulum curvata, quae acuto, subtiliter crenulato margine utriusque lateris duas in partes, anteriorem et posteriorem, est divisa. Uterque margo autem non in media corona, sed oblique sibi oppositus est. Anterior et posterior margo iterum rotundatus. In convexo latere basis coronae conspicitur aliquantum magnus, fere circularis locus fracturae, qui fracto tantum cono basali ortus esse potest.

Forma hujus dentis in universum declarat similitudinem generis praecedentis, at diversa radicis forma atque cono secundario basali haec species ab illo differt.

Styracodus acutus.

(Heft VI.) Taf. XXIX. Fig. 3. 4.

Centrodus acutus, Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. S. 344.

Fig. 3. stellt einen Zahn vor, auf dessen Wurzel sich mehrere kegelförmige Zacken erheben. Die Gestalt dieser Zacken ist schlank, sehr spitzig und leicht comprimirt. Ihre Anzahl beträgt fünf. Davon sind die vordern beiden und der hintere von gleicher Grösse, der dritte und vierte um das Doppelte grösser als jene. Die Wurzel hat eine rauhe, runzlige Oberfläche, und ihr gerader Rand ist nur an der einen Seite deutlich sichtbar, an der andern und unten so mit dem Gestein verschmolzen, dass die Grenze beider nicht angegeben werden kann.

Unter den bekannten Zähnen des Kohlengebirges ist Ctenoptychius dem vorliegenden am ähnlichsten, indem sich auch bei diesem einzelne Kegel auf der gemeinschaftlichen Wurzel erheben. Die Gestalt der Kegel ist aber sehr verschieden von den unsrigen, und wir finden eine grössere Aehnlichkeit noch mit den drei- bis fünfzackigen Zähnen des bei Neuholland lebenden Cestracion Phillipi Cuv. Eine generelle Uebereinstimmung damit hat aber nicht Statt, denn die höhere Wurzel, die schlankeren und fast parallel stehenden Kegel verrathen mehr als specifische Differenz. Der in der Fauna a. a. O. gewählte Gattungsname *) ist schon längst von Fa-

*) Auch M'Coy hat diesen Namen ganz neuerdings einer neuen, aber von der unsrigen sehr verschiedenen Fischgattung gegeben. Annals and magaz. of nat. hist. 1848. II. July p. 3.

Styracodus acutus.

(Fasc. VI.) Tab. XXIX. Fig. 3. 4.

Centrodus acutus, Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. p. 344.

Figura 3. praebet dentem, cujus in radice quinque conici aculei assurgunt, quorum forma est gracilis, valde acuta et leviter compressa. Uterque anteriorum duorum et posterior ejusdem magnitudinis sunt, tertius vero et quartus illis duplo majores. Radix habet superficiem asperam et rugosam, ejusque margo rectus uno tantum latere bene conspici potest, altero vero latere et infra cum saxo circumcludente ita confusus est, ut finem dentis et saxi non discernas.

Dentium in formatione lithanthracum adhuc repertorum Ctenoptychius Agass. huic simillimus, nam in eo quoque plures coni in communi radice ascendunt. Forma autem conorum valde differt a nostra, potiusque similis est dentibus tri- vel quadri- vel quinque-acutis illius nunc apud Novam Hollandiam viventis Cestracontis Phillipi Cuv. Attamen uterque minime omnino cum eo congruit, nam altior radix, coni graciliores et fere paralleli demonstrant majorem differentiam, quam variarum specierum esse solet. Nomen generale *),

*) M'Coy quoque hoc nomine novum piscium genus, quod autem a nostro valde diversum est, nuperrime signavit. Annals and magaz. of nat. hist. 1848. II. July p. 3.

bricius vergeben worden, wir vertauschen ihn deshalb mit dem obigen aus στύραξ und ὀδούς zusammengesetzten.

Aus derselben Schicht, in welcher der eben beschriebene Zahn gefunden wurde, liegen noch zwei Flossenstacheln vor. Die eine derselben, Fig. 4. a., ist ziemlich stark gekrümmt, sehr comprimirt, mit vorderem abgerundeten, und hinterem scharfen Rande versehen; die mit Schwefelkies überzogene Oberfläche ist äusserst fein und unregelmässig längsgestreift. An einer Stelle ist die äussere Rinde abgefallen, und man erkennt unter der Loupe die innere faserige Structur des Stachels deutlich. Das andere Exemplar, Fig. 4. b., ist weniger gekrümmt, fast gerade, aber wie der vorige comprimirt. Ebenso ist der vordere Rand abgerundet, aber der hintere, viel breitere hat eine tiefe, von abgerundeten Kanten begrenzte Längsrinne. Auf beiden Seiten, dem Vorderrande etwas genähert, laufen zwei Längsfurchen, welche an der Basis seicht, nach der Spitze hin aber tiefer und deutlicher werden. Uebrigens ist die Oberfläche so unregelmässig, und vielleicht noch feiner als bei dem vorigen gestreift.

Beide Stacheln stehen in demselben Verhältniss als jener Zahn zu denen der lebenden Cestracion, daher wir sie mit demselben vereinigen. Unsere Ansicht wird noch dadurch unterstützt, dass Zahn und Stacheln in derselben Schicht lagen und aus dem Wettiner Kohlengebirge keine andern Fische bekannt sind, denen diese Stacheln angehören könnten.

quod huic denti in libro meo citato dedi, jam dudum a Fabricio alii datum est, itaque illud novum composui e στύραξ et ὀδούς.

In eodem strato, in quo ille nunc descriptus dens repertus est, ichthyodorulithes duo detecti sunt. Unus eorum, figura 4. a., est aliquantum curvatus, valde compressus, margine anteriore rotundato, posteriore acuto. Superficies sideropyrite obtecta est subtilissime et irregulariter longitudinaliter striata. Uno in loco externus cortex delapsus est et microscopio interna structura fibrosa aculei bene cognoscitur. Alterum exemplum, figura 4. b., minus curvatum, fere rectum, sed eodem modo compressum est. Etiam anterior margo rotundatus, posterior autem multo latior habet longum ac profundum sulcum, qui rotundatis marginibus terminatur. In utroque latere, et anteriori margini approximatae decurrunt duae longae rimae, quae in basi aculei fere planae, in apice vero profundae et majores sunt. Ceterum superficies non minus irregulariter striata et fortasse subtilius, quam in supra descripto aculeo.

Uterque ichthyodorulithes eandem rationem illius nunc viventis Cestraciontis praebet, ac ille dens, quapropter eos cum hoc conjungimus. Sententia nostra eo etiam confirmatur, quod dens et aculei in eodem strato depositi sunt et in formatione lithanthraceum Wettinensium pisces alii non reperti sunt, quibus hi ichthyodorulithes attribui possint.

Hybodus carbonarius.

(Heft VI.) Taf. XXIX. Fig. 5.

Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. S. 313.

Agassiz schreibt die Hybodontenzähne aus dem Kohlengebirge der eigenthümlichen Gattung Cladodus zu, weil ihre secundären Kegel von aussen nach dem Hauptkegel hin an Grösse abnehmen. Um so überraschender war die Entdeckung ächter Hybodontenzähne im Kohlengebirge Wettin's, die wir sogleich beschreiben wollen.

Fig. 5. a. b. c. d. zeigt eine Schieferplatte mit einzelnen Zähnen und Chagrinkörnern der Haut, a. und b. sind die von der Gesteinsmasse befreieten Zähne. Der Hauptkegel derselben a. b. ist stumpf, niedrig, sehr wenig comprimirt, an der Aussenseite kaum flacher als an der Innenseite. Die Spitze ist abgenutzt oder an andern Exemplaren abgebrochen. An der Basis des Hauptkegels steht auf beiden Seiten ein kleiner Nebenkegel, durch einen verhältnissmässig grossen Raum davon getrennt. In der Form weichen die Secundärkegel vom Hauptkegel nicht ab, aber sie sind um die Hälfte kleiner als dieser und stehen nicht senk-

Hybodus carbonarius.

(Fasc. VI.) Tab. XXIX. Fig. 5.

Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. p. 313.

Agassiz dentes Hybodontium formationis lithanthraceum proprio generi Cladodus adscribit, quia eorum secundarii coni a margine ad medium conum principalem magnitudine deminuuntur. Eo magis inopinata erat detectio dentium generis Hybodontis veri in lithanthracibus Wettinensibus. Hos dentes describere nunc conamur.

Figura 5. praebet schisti fragmentum, in quo singulos dentes et grana cutis, figuris a. b. c. d. singulatim depicta, adspicimus. Conus principalis dentium a. b. est obtusus, humilis, paullo compressus, in externo latere vix planior quam in interno. Apex aliorum exemplorum attritus, aliorum fractus est. In basi coni principalis assurgit in utroque latere parvus conus secundarius, qui satis magno spatio a principali distinetur. Forma conorum secundariorum a principali non differt, sed dimidio minores

recht auf der Wurzel, sondern etwas geneigt, der vordere nach vorn, der hintere nach hinten. Vor dem vordern Basalhöcker steht noch ein um die Hälfte kleinerer. Eine feine scharfe Leiste erhebt sich von der hintern Basis eines jeden Kegels vorn und hinten und steigt bis zur Spitze auf. Die flachere Aussenseite der Krone ist gefaltet. Die Falten, ziemlich dick und unregelmässig, steigen vom untersten Rande auf, erreichen den Gipfel der Kegel oder verschwinden und neue setzen sich ein. Ihre Zahl beläuft sich nicht über zehn am mittleren Kegel. Die Innenseite der Krone ist vollkommen glatt. Die Wurzel erscheint scharf abgesetzt von der Krone, hat ein schwammiges Ansehen und breitet sich vorzüglich auf der Innenseite aus. Ihre untere, leicht concave Fläche geht der Kronenbasis parallel. An der Aussenseite steht die Wurzel gar nicht vor, daher der Zahn schief am Kiefer befestigt war.

sunt quam hic, nec verticaliter in radice positi sunt, sed proclive, anterior ad anteriorem marginem, posterior ad posteriorem. Ante anteriorem conum basalem alter dimidio minor ascendit. Crista subtilis et acuta oritur in basi cujusque coni anteriore et posteriore, atque continuatur ad apicem. Externum planum latus coronae plicatum est. Rugae aliquantum crassae et irregulares ab infimo margine incipiunt, aut tangunt apicem conorum, aut evanescunt et novae apparent. Numerus earum maximus coni principalis decem sunt. Internum coronae latus omnino laeve. Radix a corona distincte definitur, habet spongiosam structuram et magis ad internum quam ad externum latus extendit. Inferius latus paullum concavum basi coronali parallelum est. In externo latere radix non prominet, itaque dens oblique in maxilla affixus erat.

Hybodus vicinalis.

(Heft VI.) Taf. XXIX. Fig. 6. u. 7.

Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. S. 310.

Die Beobachtung Agassiz's an dem Kiefer des Hybodus reticulatus aus dem Lias, dass die Hybodontenzähne nach ihrer Stellung im Kiefer kaum formell von einander verschieden seien, veranlasst uns, den in Fig. 6. abgebildeten Zahn nebst Fig. 7. einer zweiten Species von Hybodus zuzuschreiben. Dieser Zahn hat einen kräftigen Hauptkegel. Die Nebenkegel sind vorn und hinten abgebrochen, doch erkennt man noch, dass vorn deren zwei und hinten einer vorhanden war, alle drei stark geneigt. Der wichtigste Unterschied von den vorigen Zähnen liegt in den starken Falten auf der Innen- und Aussenseite der Kegel. Die Wurzel hat eine etwas stärker concave Unterseite.

Auf den Schieferplatten Figur 5. und 7. liegen Hautkörner. Die grössten derselben haben eine Linie im Durchmesser. Ihr Umfang ist elliptisch, bald länger, bald breiter, ihre Dicke immer sehr beträchtlich. Auf der untern Seite, welche in der Haut verborgen war, sind sie stark gewölbt und glatt, aber nicht glänzend, auf der obern Seite erscheinen sie bald mehr bald weniger convex und gefaltet. Die Falten sind glänzend und scharf, der Länge der Körner folgend. Ihre Zahl wechselt von 1 bis 4. Bei den grössern Körnern theilt zuweilen eine seichte Furche die dicken Falten in zwei. Im Allgemeinen haben die mittlern Falten auch die grösste Länge, aber ein bestimmtes Verhältniss zwischen der Länge und Kürze der Falten hat nicht Statt.

Agassiz kannte diese Körner nur von dem schon erwähnten Hybodus reticulatus, und eine oberflächliche Vergleichung der vorliegenden mit dessen Abbildung Recherches

Hybodus vicinalis.

(Fasc. VI.) Tab. XXIX. Fig. 6. et 7.

Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. p. 313.

Quod Agassiz observavit in maxilla Hybodontis reticulati in formatione Liasiana reperta, dentes hujus generis in omnibus maxillarum partibus forma vix distingui posse, commovet nos, ut dentem figura 6. et 7. propriae Hybodontis speciei attribuamus. Is enim habet validum conum principalem. Coni secundarii anteriores et posteriores defracti sunt, attamen adhuc cognosci potest, in anteriore parte fuisse duos, in posteriore unum, omnes valde inclinatos. Maxime hi dentes ab illis antea descriptis differunt rugis crassis interni et externi conorum lateris. Radix in inferiore latere etiam magis concava est.

In schisto figurarum 5. et 7. includuntur grana cutis. Maxima eorum diametrum unius lineae habent. Circuitus est ellipticus, in aliis longior, in aliis brevior, crassities semper permagna. Inferius latus, quo in cuti affixa erant, valde convexum et laeve, neque vero splendidum, superius autem plus minusve convexum et plicatum. Rugae sunt splendidae et acutae, longitudinem granorum sequentes. Numerus earum variat ab una ad quatuor. Majorum granorum crassas rugas interdum sulcus planus dividit. Omnino mediae rugae sunt longissimae, sed proportionem constantem longarum et brevium rugarum non observes.

Agassiz haec grana cognovit in illo tantum jam commemorato Hybodonte reticulato, et levis comparatio cum ejus figura 26. tabulae 24. vol. III. libri ejus Recherches sur les

sur les poiss. foss. III. tab. 24. fig. 26. zeigt den auffallenden Unterschied. Aehnlicher als die liasinischen erscheinen die unsrigen denen der lebenden Gattungen Prionodon, Loxodon u. a., aber deren Falten sind meist abgerundet und niedriger.

Das in Figur 8. abgebildete Fragment eines Flossenstachels ist acht Linien lang und unten eine Linie breit. An der Basis sieht man im elliptischen Querschnitt den innern Kanal deutlich. Die Compression des Stachels ist ziemlich stark. Beide Ränder sind mit plumpen, nach unten gerichteten Zähnen besetzt, welche nicht sehr eng über einander stehen. Die Oberfläche bedecken unregelmässige, feine Längsstreifen. Es ist mir unter den bis jetzt beschriebenen Stacheln aus dem Kohlengebirge keiner bekannt, der mit diesem völlig übereinstimmte. Auch von denen der Hybodonten weicht er durch seine gezähnten Ränder ab. Dennoch kann er vorläufig mit unsern Kohlenarten von Hybodus vereinigt bleiben, da keine andern Reste vorliegen, denen er zugeschrieben werden darf, und da er mit Hybodus immer noch die meiste Aehnlichkeit hat.

So unvollständig auch das in Figur 9. abgebildete Zahnfragment ist, so verdient dasselbe doch wegen seiner auffallenden Aehnlichkeit mit den Zähnen der lebenden Prionodonten eine nähere Berücksichtigung. Es ist eine schlank kegelförmige Krone, deren Innenseite etwas stärker convex als die Aussenseite ist. Die Spitze ist nicht scharf, denn die beiden scharfen Kanten, welche vorn und hinten von der Basis aufsteigen, stumpfen sich merklich ab. Beide Kanten werden jederseits von einer seichten Furche begleitet, wie bei den tertiären und lebenden verwandten Formen, und erscheinen unter der Loupe deutlich gekerbt. Die Oberfläche ist äusserst fein und unregelmässig längsgestreift.

poiss. foss. magnam differentiam praebet. Similiora quam his liasinis apparent nostra viventibus generibus Prionodonti, Loxodonti etc., sed eorum rugae plerumque sunt rotundatae et humiliores.

Ichthyodorulithis fragmentum figurae 8. est octo lineas longum, infra unam lineam latum. In basi transversim elliptice incisa canalis internus bene adspicitur. Compressio aculei aliquantum magna est. Uterque margo instructus est crassis, deorsum inclinatis dentibus, qui haud valde anguste alius alium sequuntur. Superficiem obtegunt irregulares, subtiles, longae striae. Omnium adhuc descriptorum ichthyodorulithum in formatione lithanthracum repertorum nullum cognovi, qui huic omnino similis est. Etiam ab Hybodontibus differt marginibus denticulatis. Attamen interim cum illis supra descriptis dentibus Hybodontis generis adjungitur, quia nullae reliquiae exstant, quibus attribuendus sit, et quia cum Hybodonte praeterea maximam praebet similitudinem.

Quamquam fragmentum dentis figura 9. depictum male conservatum est, tamen propter maximam similitudinem cum dentibus viventium Prionodontum accuratius est considerandum. Est enim gracilis conoidea corona, cujus internum latus magis convexum quam externum est. Apex non acutus, nam uterque acutorum marginum, qui ante et pone a basi adscendunt, obtusus fit. Et hos margines laevis sulcus in utroque latere prosequitur, uti in tertiariis et viventibus dentibus similibus reperitur et microscopo crenulati cognoscuntur. Superficies subtilissimis et irregularibus longis striis obtecta est.

Amblypterus macropterus Agass.

(Heft VI.) Taf. XXIX. Fig. 10. u. 11.

Agassiz Recherches sur les poiss. foss. II. 31. tab. 1. fig. 4—7.; tab. 3. fig. 1—4.
Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. S. 253.
Goldfuss Beitr. z. vorweltl. Fauna d. Steinkohlengeb. S. 20. Taf. 5. Fig. 1—8.

Seitdem Goldfuss den Character dieser Art abweichend von Agassiz festgestellt hat, bin ich über die Bestimmung der in Figur 10. und 11. abgebildeten, wahrscheinlich demselben Individuum angehörigen Fragmente aus dem Kohlengebirge Löbejün's zweifelhaft geworden. Die Grösse der Flossen, die feinen Stützen am Vorderrande der Brustflossen, die Zeichnung der Schuppen stimmt mit Agassiz's Beschreibung überein. Die Schuppen sind nämlich in der hin-

Amblypterus macropterus Agass.

(Fasc. VI.) Tab. XXIX. Fig. 10. et 11.

Agassiz Recherches sur les poiss. foss. II. 31. tab. 1. fig. 4—7.; tab. 3. fig. 1—4.
Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. p. 253.
Goldfuss Beitr. z. vorweltl. Fauna d. Steinkohlengeb. p. 20. Tab. 5. fig. 1—8.

Ex quo Goldfuss characterem hujus speciei ab Agassiz diversum constituit, de vera explicatione fragmentorum fig. 10. et 11., in lithanthracibus Lobejunensibus repertorum verosimiliter eidem exemplo adscribendorum dubito. Magnitudo pinnarum, subtilia fulcra anterioris marginis pinnarum thoracicarum, superficies squamarum cum descriptione ab Agassiz publicata non dissidet. Squamae enim posterioris corpo-

tern Körpergegend viel länger als hoch, aber überall mit wenigen, unregelmässigen diagonalen Falten geschmückt. Die Zahl dieser Falten beträgt höchstens zehn auf einer Schuppe, in der Regel weniger. Darin weichen dieselben aber auffallend von Goldfuss's Abbildungen ab, denn in diesen sind die Falten regelmässiger und stets zahlreicher vorhanden. Auch die plumpen kegelförmigen Zähne kann ich ebenso wenig als Agassiz finden. Von den andern Amblypteren des Kohlengebirges hat A. eurypterygius grössere Flossen, A. nemopterus und A. striatus höhere Schuppen und A. punctatus anders gezeichnete Schuppen als unser Exemplar. Wir machen auf dieses besonders aufmerksam, weil es für die Charactere der Amblypteren-Arten von Wichtigkeit ist.

Ausser diesem Exemplare ist bei Löbejün noch der untere Lappen der Schwanzflosse mit einem Theile der Afterflosse von A. striatus gefunden worden und von eben dieser Art im Perlebergschacht bei Wettin der mittlere Körpertheil mit der Afterflosse nebst einzelnen Schuppen, so dass das Vorkommen dieser weit verbreiteten Art bei uns ausser Zweifel gesetzt ist. Auch die vereinzelten, fein concentrisch gestreiften Schuppen von Amblypterus (Palaeoniscus Ag.) Duvernoy kommen nicht sehr selten bei Wettin vor.

ris regionis multo longiores quam altae, sed ubique paucis, irregularibus, diagonalibus rugis obtectae. Numerus harum striarum maximus decem est unius squamae, plerumque minor est. In hoc autem charactere valde differunt a figuris Goldfussii, quarum striae magis regulares et semper numerosiores sunt. Etiam crassos dentes conoideos ego ut Agassiz invenire non potui. Aliarum lithanthracum specierum generis Amblypteri habet A. eurypterygius majores pinnas, A. nemopterus et A. striatus altiores squamas et A. punctatus aliter pictas squamas quam nostrum exemplum. In id praecipue animos intendimus, quia ad characteres specierum Amblypteri magni momenti est.

Praeter hoc exemplum etiam inferior pars pinnae caudalis parti pinnae analis adhaerens speciei Amblypteri striati apud Lobejunum reperta est et ejusdem speciei in fodina Perlebergschacht nominata, apud Wettinum sita, media corporis pars cum pinna anali et singulis squamis, ut praesentia hujus late divulgatae speciei in nostra regione dubia non sit. — Etiam singulae, subtiliter et concentrice striatae squamae Amblypteri (Palaeonisci Ag.) Duvernoy haud rarissime apud Wettinum inveniuntur.

Elonichthys Germari.

(Heft VI.) Taf. XXX. Fig. 1.

Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. S. 250.
Derselbe Gaea excursoria germanica. S. 161. Taf. 6. Fig. 58.

Die in Figur 1. dargestellte, auch im Gegendruck vorhandene Platte zeigt den vordern Theil eines Fisches im zerdrückten Zustande. Die Deutung der einzelnen Kopfknochen unterliegt wegen ihrer unvollständigen Erhaltung grossen Schwierigkeiten. Die mit aa. bezeichneten, symmetrischen, in der Mittellinie noch zusammenstossenden Knochen halte ich für die Scheitelbeine. Hinten und seitlich daran stossen einzelne Platten des Hinterhauptes und des Kieferapparates, die aber zu sehr verdrückt sind, um einzeln erkannt zu werden. Daneben liegen die zerdrückten Knochen der untern Schädelgegend, das grosse Keilbein. Die Scheitelbeine sind wie alle übrigen Kopfknochen mit einer ziemlich dicken Schmelzlage bedeckt, deren Oberfläche gezeichnet ist. Von dem in der vordern Hälfte gelegenen Ossificationspunkte laufen nämlich nach hinten und zu den Seiten mehrfach unterbrochene, unregelmässige, starke Wellenlinien aus. Nach vorn lösen sich diese Linien in einzelne Höckerchen auf. Die ebenfalls langen Stirnbeine, auf der Gegenplatte besser erhalten als in der Abbildung, sind mit zarten dicht gedrängten Wellenlinien bedeckt, die sich nach

Elonichthys Germari.

(Fasc. VI.) Tab. XXX. Fig. 1.

Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. p. 250.
Idem Gaea excursoria germanica. p. 161. tab. 6. fig. 58.

Schistum figurae 1., cujus etiam oppositum repertum est, praebet anteriorem partem piscis contusi. Explicatio singulorum capitis ossium propter malam conservationem difficillima est. Ossa litteris aa. designata, symmetrica, media in linea adhuc invicem conjuncta habeo ossa parietalia. Pone et lateraliter tanguntur singulis laminis occipitis et maxillarum, quae vero ob nimiam contusionem singulae cognosci non possunt. Apud haec jacent defracta ossa inferioris cranii regionis, os basilare. Ossa parietalia atque omnia alia obtecta sunt strato substantiae vitreae satis crasso, cujus superficies picta est. Ab illo enim in anteriore parte posito puncto ossificationis lineae undatae, saepe interruptae, irregulares, crassae, decurrunt ad posteriorem marginem et ad latera. Ad anteriorem marginem vero dissolvuntur hae lineae in singula tubercula. Ossa longa frontalia, in ectypo opposito melius conservata quam in figura, subtilibus, densis, undatis lineis obtecta sunt, quae ad latera divergentes in

den Seiten hin in einzelne Knötchen auflösen. Auch auf den andern Platten sind die Kopfknochen so sehr verdrückt, dass ausser einigen Theilen des Kiemendeckelapparates jede Deutung nutzlos erscheint.

Das Zahnsystem ist aus Figur 2. und 3. am besten zu erkennen. In Figur 2. sehen wir den linken Unterkieferast von der Aussenseite. Er ist schlank, aber stark und kräftig, vorn sehr niedrig und hinten an Höhe bedeutend zunehmend. Die untere Hälfte und hinten zwei Drittheile haben eine völlig glatte Oberfläche, der obere Theil dagegen ist rauh. 8^{mm} von der Spitze her besteht diese Rauhheit in unregelmässigen Höckerchen, welche vertical angeordnet sind. Nach hinten wird die Rauhheit breiter und besteht aus kurzen unregelmässigen Wellenlinien, die anfangs horizontal, dann schief nach hinten und oben laufen. Ueber diesen Linien hat der Kieferrand ein zerfressenes Ansehen. Weiter nach hinten laufen einige Wellenlinien auch abwärts. Auf dem Kieferrande erheben sich die Zähne. Leider konnten nicht alle in der Abbildung angegeben werden, da sie grösstentheils von Schuppen dicht bedeckt unsichtbar sind. Man unterscheidet drei Hauptformen: 1) sehr kleine, niedrige und plumpe Zähne, welche den ganzen Kieferrand dicht besetzen und eigentlich nur die erhöheten Höckerchen der Schmelzbedeckung sind; 2) schlanke dünne Zähne, welche den äussersten Kieferrand einnehmen und in einfacher Reihe stehen. Sie sind von verschiedener Länge, durch verschiedene Zwischenräume von einander getrennt, aber alle gerade und sehr spitz, mit glatter Oberfläche. Die meisten sind 1^{mm} hoch und im Raume von 8^{mm} Länge zähle ich zwölf; 3) Von den grossen Kegelzähnen ist im Kiefer Fig. 2. nur einer frei sichtbar. Dieser ist um das Doppelte höher als die vorigen und ist an der Basis sanft eingeschnürt. Eine feine verticale Furche scheint ein zufälliger Riss zu sein, denn sie fehlt allen übrigen Zähnen. Ueber die Stellung der Zähne am Kieferrande gibt uns der Kieferdurchschnitt in Fig. 3. Aufschluss. Hier sieht man deutlich die Querschnitte der grossen Zähne in der Mitte und seitlich daneben die der kleinern. Auf dem kreisrunden oder elliptischen Querschnitte aller Zähne unterscheidet man die äussere dicke Schmelzschicht von der metallischen Substanz, welche das Innere des Zahnes erfüllt.

Das in Fig. 4. dargestellte fast vollständige Exemplar zeigt im Ober- und Unterkiefer die eben beschriebene Zahnbildung.

Von den Flossen sind die Brustflossen Figur 1. und 4. verhältnissmässig gross, zumal breit. Länge und Zahl der Strahlen kann nicht genau angegeben werden. Die ersten beiden sind sehr kurz, der dritte trägt eine einfache Reihe sehr feiner Stützen. Die Strahlen selbst sind ziemlich dick, ihre Glieder gerade nicht kurz. Sie lösen sich in dicke Fäden auf. Die Zahl beträgt mehr denn funfzehn. Von den Bauchflossen zeigt kein Exemplar eine Spur. Die Rükkenflosse, Figur 4., steht weit nach hinten, ist hoch und ihre dicken Strahlen lösen sich in ungegliederte Fäden auf. Von der Schwanzflosse erkennt man noch, dass der obere

singula granula dissolvuntur. Etiam in aliis fragmentis ossa cranii tam male conservata sunt, ut praeter singulas partes apparatus branchiarum non satis explicari possint.

Dentes in figuris 2. et 3. optime cognoscuntur. Adspicimus enim in figura 2. sinistrae inferioris maxillae externum latus. Maxilla ipsa est gracilis, firma et valida, ante valde humilis, pone sensim altitudine crescens. Inferius dimidium et posteriores duae partes habent superficiem plane laevem, superior pars autem rugosa est. Octo ^{mm} ab apice distans haec rugositas constat ex irregularibus tuberculis, quae verticaliter disposita sunt. Retrorsum rugositas latitudine augetur et constat e brevibus, irregularibus lineis undatis, quae initio horizontaliter, tum oblique ad posteriorem et superiorem partem vergunt. Super his lineis margo maxillae praebet speciem erosam. In posteriore parte singulae undatae lineae deorsum decurrunt. In superiore margine maxillae positi sunt dentes. In figura omnes dentes, quod dolendum est, pingi non poterant, quia plurimi squamis obtecti non conspiciuntur. Distinguuntur dentium tres formae primariae: 1) Minimi, humiles, crassi dentes, qui totum maxillae marginem dense obtegunt et proprie elata tantum tubercula substantiae vitreae sunt. 2) Graciles, tenues dentes, qui extremum marginem simplice serie armant. Diversa sunt longitudine, diversis intervallis distincti, sed omnes recti et acutissimi, laevi superficie. Plurimi habent altitudinem 1^{mm} et in spatio 8^{mm} longo duodecim apparent. 3) Magnorum conoideorum dentium unus tantum in fig. 2. conspici potest. Hic duplo altior praecedentibus in basi leviter angustatus est. Subtilis verticalis sulcus rima fortuita esse videtur, nam in ceteris dentibus non conspicitur. Dispositio dentium in maxillae margine cognoscitur e figura 3. In hac bene vides transversam incisuram magnorum dentium in medio sitam et lateraliter parvorum, quae omnium est circularis vel elliptica et praebet externum stratum substantiae vitreae crassum et internae cavitatis substantiam metallicam.

Exemplum figurae 4. fere integrum dentes nunc descriptos superioris atque inferioris maxillae demonstrat.

Pinnarum thoracicarum fig. 1. et 4. ex piscis ratione magnae, praesertim latae sunt. Longitudo et numerus radiorum certe definiri non potest. Primus et alter radii sunt valde breves, tertius instructus est simplice serie fulcrorum subtilissimorum. Radii ipsi sunt aliquantum crassi, articuli eorum non breves. Omnes dissolvuntur in crassa filamenta. Numerus eorum plus quam quindecim est. Pinnarum ventralium ullum vestigium in nullo exemplo invenitur. Pinna dorsalis fig. 4. in posteriore parte dorsi sita, est alta, ejusque radii dissolvuntur in fila inarticulata. Pinnae caudalis

Lappen sehr gross, mit kleinen Schuppen bedeckt und mit fein zerschlissenen kurzen Strahlen versehen, der untere aber sehr lang und dichtstrahlig war.

Die Schuppen dieses Fisches sind mannichfaltig. An der Brustflosse und hinter dem Kopfe liegen (Fig. 1.) gleichseitig rhomboidale Schuppen. Die Oberfläche derselben, Figur a., ist in drei Felder getheilt, von denen der vordere, bedeckte Rand vollkommen glatt und schmelzlos ist. Der übrige, mit dickem Schmelz bedeckte Theil wird durch eine von der obern Vorderecke zur untern Hinterecke verlaufende Linie in zwei Felder getheilt. Unterhalb der diagonalen Linie gehen die Falten dem Unterrande der Schuppen parallel und stossen hinten an die Diagonale selbst. Die Falten oberhalb der Diagonale laufen aber mit dieser parallel. Diese obern Falten biegen sich wellig, lösen sich nach hinten in mehrere auf, erscheinen hier auch wohl höckerig und sind überhaupt unregelmässiger als die untern, die zuweilen durch eine feine Furche getheilt erscheinen. Auf den Seiten des Körpers sind die Schuppen länger als hoch, zumal gegen den Bauch hin. Bei diesen längsten Schuppen, Figur 6., erscheint zugleich der obere und untere Rand etwas gebogen und das Feld unter der diagonalen Falte grösser als das obere, auch schmelzen wohl einzelne Falten zusammen. In der Schwanzgegend werden die Schuppen kleiner. Alle haben im vordern Drittheile des obern Randes ein langes spitzes Gelenkhäkchen, welches in eine entsprechende Grube am Unterrande der überliegenden Schuppe eingreift. Diese Grube wirft sich auf der glatten Innenseite dachartig auf. Einzelne sehr grosse rhomboidale Schuppen mit gleichen Falten auf beiden Seiten der kielartigen Mitte liegen in der Mittellinie des Rückens und setzen einreihig auf dem obern Schwanzlappen fort.

Vom innern Skelet ist nur ein winkelförmiger langer Knochen aus dem vordern Extremitätengürtel in mehreren Exemplaren erhalten. Spuren der Wirbelsäule finde ich nirgends, wahrscheinlich war dieselbe knorplig und weich.

Die Körperform des Fisches ist schlank, gestreckt, und der Kopf misst kaum den vierten Theil der Totallänge.

Die Zeichnung der Kopfknochen und Schuppen, die Form der letzteren und die Flossenbildung dieses Fisches verweist uns bei der systematischen Bestimmung auf Palaeoniscus und Amblypterus. Von ersterem sind nur die Arten mit gestreiften und ganzrandigen, nicht glatten Schuppen zur Vergleichung zu ziehen. Unter diesen weichen P. Vratislaviensis und P. lepidurus durch einfach gestreifte und anders geformte Schuppen von den unsrigen ab. Die englischen P. Robisonii und P. striolaris haben nur theilweise gestreifte und ebenfalls abweichend gestaltete Schuppen. Ausserdem unterscheidet sich aber unser Fisch von diesen und allen Paläonisken durch die Zahn- und Flossenbildung. In beiden Characteren ist er den Amblypteren ähnlich. Von diesen hat A. macropterus und A. eurypterygius viel feinere Strahlen in den grössern Flossen, A. striatus, A. punctatus

superiorem lobum permagnum, squamis parvulis obtectum et subtiliter dissolutis radiis instructum, lobum inferiorem longissimum et crassis radiis instructum fuisse videmus.

Squamae hujus piscis variae sunt. Prope pinnam thoraciçam et pone caput jacent aequilateraliter rhomboidales squamae (fig. 1.). Superficies earum fig. a. in tres partes divisa est, quarum anterior, aliis squamis obtectus margo omnino laevis et substantia vitrea caret. Reliqua pars, crassa vitrea substantia obtecta, dividitur linea ab anteriore et superiore angulo ad posteriorem et inferiorem decurrente in duas partes. Sub illa linea diagonali striae sunt parallelae margini inferiori atque ubi finiuntur diagonalem tangunt. Striae supra diagonalem huic ipsi sunt parallelae, undatae, retrorsum in plures se dissolvunt, partim tuberculosae atque omnino magis irregulares sunt quam inferiores, quarum singulae subtili sulco divisae videntur. In lateribus corporis squamae, praesertim ad ventrem sitae, sunt longiores quam altae. In his squamis longissimis fig. b. superior et inferior margo eodem modo curvatus est, et pars sub linea diagonali sita major quam superior, etiam singulae striae confluunt. In caudali regione squamae minores sunt. Omnes vero squamae in anteriore superioris marginis parte tertia habent longum acutum aculeum articulationis, qui in correspondentem foveam inferioris marginis supra depositae squamae intrat. Haec fovea in laevi latere interno squamae ad instar tecti se erigit. Singulae permagnae squamae rhomboidales, striis paribus in utroque mediae carinae latere ornatae, obtegunt mediam lineam dorsi et una serie ad superiorem lobum pinnae caudalis continuantur.

Sceleti interni unum tantum os longum angulatum, anterioribus extremitatibus adscribendum pluria exempla praebent. Vestigia columnae vertebralis nusquam adspexi. Verosimiliter ea cartilaginosa erat et mollis.

Forma corporis piscis erat gracilis, longa, caput vix quartam totius longitudinis partem aequat.

Propter imaginem ossium capitis et squamarum, earumque et pinnarum, formam piscis descriptus in piscium systemate ad genus Palaeoniscum et Amblypterum referendus est. Illius tantum eae species, quae striatas, neque vero denticulatas aut laeves squamas habent, cum hoc comparari possunt. Ex his differunt a nostro P. Vratislaviensis et P. lepidurus squamis simpliciter striatis et aliter formatis. Anglicae formationis P. Robisonii et P. striolaris partim tantum et sparse striatas simulque aliter formatas squamas habent. Praeterea piscis Wettinensis ab his aliisque speciebus generis Palaeonisci distinguitur dentibus et pinnis. Hae corporis partes eum similem generi Amblyptero praebent. Hujus autem speciei, A. macropterus et A. eurypterygius, instructi sunt

und A. nemopterus aber ganz abweichend gezeichnete Schuppen. Die von Goldfuss (Beitr. z. vorweltl. Fauna. des Steinkohlengeb. Taf. 5. Fig. 1—6.) dem A. macropterus zugeschriebenen Schuppen haben allerdings die grösste Aehnlichkeit mit denen unseres Fisches, doch sind dieselben in den verschiedenen Körpergegenden viel mannichfaltiger und die Zahnbildung ist eine ganz andere.

Die eigenthümliche Zahnbildung, die grossen Flossen von Amblypterus mit den dicken Strahlen von Paläoniskus und die an beide sich annähernde Schuppenform veranlassten mich, die beschriebenen Reste einer eigenthümlichen Gattung zuzuschreiben, welche ich nach dem Götzen Elon benannte. Die auf Taf. I. Fig. 2. und 2. a. dieses Werkes abgebildeten Reste werden eben diesem Fische angehören.

multo subtilioribus radiis majorum pinnarum, A. striatus et A. punctatus et A. nemopterus habent squamarum picturam plane diversam. Quas Goldfuss (Beitr. z. vorweltl. Fauna des Steinkohlengeb. tab. 5. fig. 1—6.) squamas A. macroptero proprias descripsit, sane maximam habent similitudinem squamarum nostri piscis, tamen eae diversarum regionum corporis multo magis variae et dentes plane diversi sunt.

Dentes proprii et magnae pinnae, quae Amblyptero similes sunt, crassi radii pinnarum, quae Palaeonisco, et squamarum forma, quae utrique generi similis est, commoverunt me, ut nunc descripta fragmenta proprio generi adscribam, cui nomen a deo Elon derivatum dedi. Fragmenta tab. I. fig. 2. et 2. a. hujus operis ejusdem generis esse puto.

Elonichthys crassidens.

(Heft VI.) Taf. XXX. Fig. 5. und 6.

Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. S. 251.

Fig. 6. zeigt uns ein Haufwerk von Schuppen und Knochen, worunter besonders interessant die Kiefer sind. Der mit a. bezeichnete Kieferast ist der rechte untere. Seine Oberfläche bedeckt eine dicke Schmelzschicht, welche im vordern Theile abgesprungen ist. Der Kiefer selbst ist schlank, hinten nur wenig höher als vorn, nämlich dort 6 ^{mm}, hier 3 ^{mm} hoch. Die Zeichnung des Schmelzes bilden gerade Längsfalten, die sich bisweilen etwas biegen und im vordern Theile auch zum untern Rande sich neigen. Am obern Rande wird der Schmelz höckerig, und aus diesen Höckerchen erheben sich die Zähne. Auf den vordern zwei Drittheilen des Kiefers zähle ich 21 Kegelzähne, auf dem hintern Theile scheinen so grosse zu fehlen. Die vordern sind dünn, schlank, scharf zugespitzt und stehen dicht gedrängt, die folgenden sind plumper, grösser, leicht comprimirt und an der Spitze schnell zugespitzt. Diese grössern sind gerade, die vordern zuweilen etwas nach hinten gekrümmt. Dem bei b. liegenden Oberkiefer fehlt die Schmelzbedeckung, doch sieht man noch deutlich, dass die Falten derselben kürzer als am Unterkiefer sind. Am vordern Zahnrande stehen die Schmelzfalten vorn plötzlich senkrecht, hinten geneigt. Die Zähne, die sich hier aus dem körnigen Schmelze erheben, sind wie im Unterkiefer an Grösse und Stellung verschieden. Bei dem einen Oberkieferaste sieht man die letzten Zähne stark vorwärts geneigt.

Die übrigen Kopfknochen gestatten keine zuverlässige Deutung. Bei c. liegt der Winkelknochen des Brustgürtels.

Die gleichseitig rhomboidalen Schuppen auf der abgebildeten Platte haben der vordern Körpergegend gehört, die längern der hintern und der Bauchgegend. Sie sind im Allgemeinen etwas kleiner und dünner, als die Schuppen des vorhin beschriebenen Fisches.

Elonichthys crassidens.

(Fasc. VI.) Taf. XXX. Fig. 5. et 6.

Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. p. 251.

Figura 6. praebet cumulum squamarum et ossium, ex quibus inprimis maxillae consideratione dignae sunt. Maxilla litera a. designata est dextra inferior. Superficiem obtegit crassum substantiae vitreae stratum, cujus pars anterior dissoluta est. Maxilla ipsa est gracilis, cujus posterior pars anteriorem altitudine paullulum tantummodo superat, illa enim 6 ^{mm}, haec 3 ^{mm} alta est. Picturam substantiae vitreae conformant rectae longae striae, quae interdum paullulum curvantur atque in anteriore parte ad inferiorem marginem inclinantur. In superiore margine substantia vitrea apparet tuberosa et ex his tuberculis assurgunt dentes. In anterioribus duabus maxillae partibus numero viginti et unum dentes conoideos, in posteriore parte tanti deesse videntur. Anteriores sunt tenues, graciles, valde acuti et dense invicem succedentes, ceteri crassiores, majores, leviter compressi, et in apice breviter praeacuti. Hi majores sunt recti, anteriores interdum leviter retrocurvati. Maxillae superiori litera b. designatae deest stratum substantiae vitreae, tamen vides strias ejus esse breviores quam maxillae inferioris. Anterioris marginis dentalis striae subito erectae sunt, posterioris autem inclinantur. Dentes, qui hic e granulosa substantia vitrea assurgunt, ab inferioris maxillae dentibus magnitudine et positione differunt. Una in maxilla superiore dentes posteriores protinus inclinatos vides.

Cetera cranii ossa certo explicari non possunt. In litera c. adspicitur os angulatum cinguli thoracici.

Aequilateraliter rhomboidales squamae schisti figura depicti sunt anterioris corporis regionis, longiores posterioris et ventralis. Omnino paullulum minores et tenuiores sunt quam squamae piscis antea descripti.

Ueber die Flossenbildung und den allgemeinen Körperbau belehrt uns Figur 5. Die Brustflossen sind von mässigem Umfange, aus einer geringen Anzahl ziemlich dünner gnd kurzer Strahlen gebildet, deren Glieder ziemlich lang sind und die sich erst spät in feine Fäden auflösen. Ich zähle eilf Strahlen, aber es fehlen noch einige. Am Rande des erstern stehen feine Stützen. Bauch- und Afterflosse sind nicht erhalten. Die Rückenflosse steht etwas hinter der Körpermitte, und ihre Strahlen, deren nicht mehr als sechszehn vorhanden gewesen sein mögen, nehmen schnell an Länge ab. Die Glieder der Strahlen sind etwas kürzer als in den Brustflossen; aber ihre Theilung in feine Fäden ist wie dort. Die Schwanzflosse ist von ungeheurer Länge. Der obere Lappen ist in seiner obern Hälfte bis zur Spitze mit kleinen rautenförmigen Schuppen bedeckt und die Strahlen sehr feinen Fäden gleich; der untere Lappen beträchtlich kleiner, die Strahlen ebenso fein und sehr lang gegliedert, schuppenlos. An diesem Exemplare sind die wichtigern Kopfknochen (Scheitelbeine, Stirnbeine, Deckelapparat) deutlich zu erkennen, doch sind ihre Ränder wieder so verdrückt, dass eine genauere Beschreibung der Formen kein Interesse hat.

Die abweichende Form der Kopfknochen und der kräftigere Zahnbau genügen schon, die eben beschriebenen Reste einer von der vorigen verschiedenen Art zuzuschreiben, die wir als Elonichthys crassidens am besten zu unterscheiden glauben.

Formam pinnarum et corporis habitum praebet fig. 5. Pinnae thoracicae mediocris magnitudinis sunt, exiguo numero aliquantum subtilium et brevium radiorum constructae, quorum articuli satis longi sunt et in extremis demum partibus in subtilia fila dissolvuntur. Numero undecim radios, sed nonnulli desunt. Marginem primi radii ornant subtilia fulcra. Pinna ventralis et analis non conservata est. Pinna dorsalis paullo pone medium corporis extenditur ejusque radii, quorum numerus sedecim non superaverit, celeriter longitudine deminuuntur. Articuli radiorum paullulum breviores, quam pinnarum thoracicarum, sed eodem modo ac in illis in fila dissoluti. Pinna caudalis est ingens, lobus superior in superiore dimidio usque ad apicem parvulis rhomboidalibus squamis obtecta et radii tenuissimis filis similes sunt, lobus inferior multo minor, radii haud minus subtiles, longissimis articulis instructi, squamis non obtecti. In hoc specimine majora capitis ossa, ut parietalia, frontalia, opercula branchiarum satis cognoscuntur, eorum autem margines ita contusi sunt, ut descriptio accuratior formarum neminem delectaret.

Diversa forma ossium capitis et validior dentitio jam satis arguunt haec fragmenta alii speciei ac supra descriptae adscribenda esse, quam nomine Elonichthys crassidens bene distinguere putamus.

Elonichthys laevis.

(Heft VI.) Taf. XXX. Fig. 7. und 8.

Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. S. 251.

Die in Figur 7. und 8. abgebildeten Ueberreste scheinen einer dritten Art der neuen Gattung Elonichthys anzugehören, deren Unterschiede von den vorigen beiden jedoch aus Mangel an vollständigen Exemplaren noch nicht zuverlässig begründet werden können.

Der abgebildete Unterkiefer ist schlanker als bei den vorigen Arten, und die langen Kegelzähne stehen in engern Zwischenräumen in der ganzen Länge des Kiefers, so dass nur ein, höchstens zwei kleinere Zähnchen zwischen ihnen sichtbar sind. Sie sind zum Theil sehr schlank mit feiner glänzender Spitze, zum Theil sind sie an der Basis etwas dicker. Alle krümmen sich aber merklich nach vorn. Die bei den Kiefern gelegenen Schuppen stimmen mit denen des Elonichthys crassidens überein. In einem Flossenfragmente sieht man kurz gegliederte Strahlen.

Die abweichende Form der Zähne veranlasst uns, diese Reste einer dritten Art zuzuschreiben, der wir den Namen E. laevis beilegten.

Elonichthys laevis.

(Fasc. VI. Tab. XXX. Fig. 7. et 8.

Giebel Fauna der Vorwelt. Fische. p. 251.

Fragmenta fig. 7. et 8. depicta tertiae speciei novi generis Elonichthys esse videntur, cujus characteres propter integrorum exemplorum inopiam certo constitui non possunt.

Depicta maxilla inferior est gracilior quam in illis speciebus et longi dentes conoidei brevibus intervallis per totum maxillae marginem ita dispositi sunt, ut unus tantum vel duo parvuli dentes inter eos occurrant. Partim valde graciles sunt, subtili splendido apice instructi, partim in basi crassiores. Omnes incurvantur protinus. Squamae apud maxillas sitae non differunt ab Elonichthyde crassidente. Radii unius fragmenti pinnae sunt brevi-articulati.

Diversa dentium forma movet nos, ut haec fragmenta tertiae speciei, quam appellavimus E. laevem, attribuamus.

Palaeoniscus striolatus Agass.

(Heft VI.) Taf. XXX. Fig. 12.

Palaeoniscus striolatus, Agassiz Recherches sur les poiss. foss. II. 91. tab. 10.ª fig. 3. 4.

Das in Figur 12. abgebildete Exemplar dieser Art ist bei Löbejün gefunden worden. Wiewohl dasselbe weniger vollständig ist, als das von Agassiz abgebildete, so schien es uns doch einer nähern Berücksichtigung werth. Es sind nämlich deutliche Stützen an den Rändern der Rücken-, After- und dem untern Lappen der Schwanzflosse, welche Agassiz weder in der Abbildung, noch in der Beschreibung erwähnt. Die Punkte auf den Schuppen, welche Agassiz besonders hervorhebt, finde ich nicht, die Streifen gehen über die ganze Schuppe hinweg.

Palaeoniscus striolatus Agass.

(Fasc. VI.) Tab. XXX. Fig. 12.

Palaeoniscus striolatus, Agassiz Recherches sur les poiss. foss. II. 91. tab. 10.ª fig. 3. 4.

Hujus speciei exemplum figura 12. depictum apud Lobejunum repertum est. Quamquam id minus integrum est, quam quod Agassiz depinxit, tamen dignum videbatur, quod accuratius inquireretur. Sunt enim vera fulcra in marginibus pinnae dorsalis, analis et in lobo pinnae inferioris caudalis, quae Agassiz neque in figura neque in descriptione commemorat. Squamarum puncta, ad quae Agassiz inprimis animum advertere studet, non observavi, striae potius totam squamae superficiem obtegunt.

Die

Versteinerungen des Steinkohlengebirges

von

Wettin und Löbejün

im Saalkreise,

bildlich dargestellt und beschrieben

von

Ernst Friedrich Germar,

Dr. der Medic. u. Philos., Oberbergrath, öffentl. ordentl. Profess. d. Mineralogie und Director des akadem. mineralogischen Museums an der Univers. Halle-Wittenberg, mehrerer gelehrten Gesellschaften Mitgliede.

Siebentes Heft

mit 5 Tafeln Abbildungen.

PETRIFICATA

STRATORUM LITHANTHRACUM

WETTINI ET LOBEJUNI

IN

CIRCULO SALAE

REPERTA

DEPINXIT ET DESCRIPSIT

ERNESTUS FRIDERICUS GERMAR

MED. ET PHILOS. DR., A SUMMIS RERUM METALLICARUM CONSILIIS, MINERAL. PROFESSOR PUBL. ORD., MUSEI MINERALOG. ACAD. HALENSIS ET VITEBERGENSIS CONSOCIATAE DIRECTOR, COMPLUR. SOCIETAT. LITERAR. SODALIS.

FASCICULUS SEPTIMUS

TABULAS QUINQUE EXHIBENS.

Halle,

G. Schwetschke's Verlag.

1851.

U

Seit der
Wettin von
(Fünftes H
noch mehre
wenn schon
den. Alle
von der Ga
allgemeinere
Benennung
kannte Küc
diente. Da
in mehrere G
die an den
Wettin abe
um Verwechs
angenommen,
greifen, wel
ren. Zur
der einzeln
lebenden,
Maderae F

Der K
oder auch
weniger ver
Fühler hab
Länge. Da
rande des
und oft gar
elliptischen,
gewöhnlich ü
gen sich au
Innenrand d
Oberflügels
wo die W
Rudimente v
der gemeine
Oberflügel d
erreichen, j

Ueberreste von Insekten.

(Taf. XXXI.)

Seit der Zeit, wo die ersten Findlinge von Insekten zu Wettin von mir in Münster's Beiträgen zur Petrefaktenkunde (Fünftes Heft 1842. pag. 90) bekannt gemacht wurden, sind noch mehrere einzelne, zum Theil vollständigere Exemplare, wenn schon immer als grosse Seltenheiten, aufgefunden worden. Alle neuerdings aufgefundenen Exemplare stammen von der Gattung *Blatta* (Schabe, Kakerlack) in derjenigen allgemeineren Begränzung, in der Fabricius und Linné diese Benennung gebrauchten, wobei ihnen unsere allgemein bekannte Küchenschabe (*Blatta orientalis*) mit als Vorbild diente. Da die spätere Zerspaltung der Gattung Blatta Fabr. in mehrere Gattungen sich zum Theil auf Merkmale gründet, die an den Flügeln allein nicht wahrzunehmen sind, bei Wettin aber bis jetzt fast nur Flügel vorkamen, so ist, um Verwechselungen zu vermeiden, die Benennung *Blattina*, angenommen, unter der wir also alle diejenigen Arten begreifen, welche zur Gattung Blatta im älteren Sinne gehören. Zur leichteren Uebersicht des ganzen Thieres, so wie der einzelnen Theile geben wir eine Abbildung der noch jetzt lebenden, in wärmeren Gegenden weit verbreiteten Blatta Maderae Fabr. (Fig. 1.)

Der Kopf ist bei den Schaben durch ein quer eirundes oder auch parabolisches flaches Halsschild oben mehr oder weniger verdeckt, und die borstenförmigen vielgliederigen Fühler haben bei den verschiedenen Arten verschiedene Länge. Das Schildchen ist von den Flügeln und dem Hinterrande des Halsschildes auch mehr oder weniger verdeckt, und oft gar nicht sichtbar. Die Oberflügel haben einen elliptischen, eirunden oder lanzettförmigen Umriss, ragen gewöhnlich über den Hinterleib beträchtlich hinaus und legen sich auf dem Rücken flach so auf, dass gewöhnlich der Innenrand des linken Oberflügels den Innenrand des rechten Oberflügels überlagert; es kommen aber auch Arten vor, wo die Weibchen gänzlich ungeflügelt sind, oder nur Rudimente von Flügeln haben, und wo dann, wie z. B. bei der gemeinen Küchenschabe (Blatta orientalis) auch die Oberflügel des Männchens die Spitze des Hinterleibes nicht erreichen, ja es gibt selbst Arten, wo beide Geschlechter

Insectorum vestigia.

(Tab. XXXI.)

Ex illo tempore, quo prima Wettini inventa insecta in Münsteri symbolis palaeontologicis (Fasc. V. 1842.) proposui, plura singula ex parte perfectiora specimina quamvis rarius reperta sunt. Omnia specimina nuper detecta generis *Blattae* sunt, quale Linnaeus et Fabricius ad protypum *Blattae orientalis* animalculi satis cogniti definierunt. Blattae Fabr. genus recentiori aetate in plura genera est divisum, quorum characteres non in solis alis cognoscuntur; at Wettini hucusque fere tantummodo alae obvenerunt; quam ob causam, ut commutationes evitentur, *Blattinae* nomine utimur, quo omnes species complectimur, quae antehac ad Blattae genus sunt relatae. Ut totum animalculum ejusque singulas partes facilius cognoscas, imaginem Blattae Maderae Fabr. nunc viventis in regionibus calidioribus valde promulgatae addimus.

Caput Blattarum thorace obovato vel parabolico plano plus minusve supra obtegitur, et antennae setaceae multiarticulatae in diversis speciebus longitudine discrepant. Scutellum ab elytris et thoracis margine postico plus minusve, interdum omnino occultatur. Alae anticae (hemelytra) ellipticam aut ovatam aut lanceolatam formam induunt, abdomen plerumque superant et in dorsi planitie ita incumbunt, ut plerumque margo internus hemelytri sinistri marginem internum hemelytri dextri obtegat; attamen etiam species occurrunt, quarum feminae alis omnino carent aut tantummodo alarum rudimentis praeditae sunt, et quarum mares hemelytris abdomine brevioribus gaudent, id quod ex. gr. in Blatta orientali invenitur, nec desunt species in utroque sexu apterae. Venarum decursus in hemelytris in diversis specie-

ungeflügelt sind. Der Aderverlauf der Oberflügel bietet bei den verschiedenen Arten viele Abweichungen dar, er wird um so deutlicher, je mehr die Substanz der Oberflügel häutig wird, er verschwindet fast ganz, wenn die Substanz sich mehr der lederartigen Beschaffenheit nähert. Der deutliche Aderverlauf, den wir bei allen unseren Abdrücken von Wettin wahrnehmen, zeigt uns daher, dass diese vorweltlichen Arten pergamentartige Oberflügel besassen. Man kann für den Aderverlauf als allgemeine Bildung annehmen, dass von der Wurzel eine Längsader ausläuft, die nach beiden Seiten hin federförmig andere Adern aussendet, nachdem sie aber die Hälfte der Länge des Flügels überschritten hat, sich selbst in mehrere Adern theilt, die am Hinterrande auslaufen. Von den von der Hauptader federartig ablaufenden Nebenadern theilen sich die nach der Innenseite abgehenden mehrmals, bevor sie den Hinterrand und Innenrand erreichen, sind auch wieder durch kleine Queradern verbunden, wodurch der Flügel ein netzförmiges Ansehen gewinnt. Ausser diesem Adercomplex findet sich noch ein besonderes Adersystem an der Wurzel des Innenrandes. Dasselbe wird durch eine Ader begränzt, welche an der Wurzel des Oberflügels entspringt, im Bogen nach dem Innenrande ausläuft und dadurch ein unregelmässig trapezoidales Feld, dessen Grösse nach den Arten wechselt, abschneidet, auf welchem mehrere bogenförmige Adern sich befinden, welche mit der Begränzungsader ziemlich parallel laufen. Man kann den ganzen Oberflügel nach dem Aderverlauf in das Hauptfeld und das Rückenfeld (Fig. 1. β.) theilen, und bei ersterem wieder das Randfeld (Fig. 1. α.) und das Mittelfeld (Fig. 1. δ.) unterscheiden. Bei den Arten der Steinkohlenformation macht sich noch ein Feld bemerklich, das Innenfeld (Fig. 3. γ.), welches dadurch gebildet wird, dass von einer Längsader, die aus der Mitte des Oberflügels nach dem innern Winkel des Hinterrandes abgeht, einige Adern federartig nach dem Innenrande auslaufen.

Die Hinterflügel sind in der Ruhe der Länge nach zusammengefaltet, auseinandergelegt haben sie einen fast halbkreisförmigen Umriss, und theilen sich in ein Vorderfeld und Hinterfeld, welches letztere in der Ruhe den eingeschlagenen Theil bildet. Das erstere hat einige dem Vorderrande parallele Längsadern, von denen die innere federartig Adern nach innen absendet; das Hinterfeld hat mehrere radiale Längsadern, die nach der Spitze hin sich gabelförmig verästeln. Alle diese Adern werden durch mehr oder weniger zahlreiche Queradern netzförmig verbunden.

Der Körper der Schaben ist flach und breit, das Afterglied mit zwei stielförmigen gegliederten Ansätzen versehen. Die Beine sind zusammengedrückt, mit Stacheln besetzt, die Tarsen fünfgliederig.

Die jetzigen Schaben sind Landinsekten, und leben mehr an trockenen als an feuchten Orten, wiewohl sie auch hier gefunden werden. Sie nehmen ihre Nahrung vorzugsweise aus dem vegetabilischen Reiche, sind aber wahre Polyphagen,

bus multifarie differt, perclare in hemelytris membranaceis observatur, fere evanescit in hemelytris coriaceis. Perclarus venarum decursus, quem omnia ectypa nostra Wettinensia demonstrant, nos edocet, species has pristinas hemelytris membranaceis praeditas fuisse. Venarum decursus principalis ejusmodi est, ut in basi hemelytri vena longitudinalis incipiat, quae utrinque pinnatim venas secundarias emittit, sed ultra dimidium hemelytri provecta, in plures venas sese dissolvit, quae in margine posteriore excurrunt. Venae secundariae a vena principali pinnatim ad marginem internum excurrentes, antequam marginem internum et posticum tangunt, dichotomia duplicantur et praeterea venis subtilibus transversis conjunguntur, quapropter hemelytron reticulatum apparet. Praeter hunc venarum complexum modo descriptum aliud systema venarum in basi marginis interni observatur, quod a vena circumscribitur, quae in basi hemelytri oriens, semicirculariter flexa in margine interno excurrit, et hoc cursu aream subtrapezoidalem magnitudine pro variis speciebus diversam descindit, quam venae plures curvatae venae priori subparallelae percurrunt. Elytron totum ex venarum decursu in *aream principalem* et *aream dorsalem* (fig. 1. β.) dividi potest, quarum prior ex *area costali* seu *marginali* (fig. 1. α.) et *area intermedia* (fig. 1. δ.) composita est. Species formationis lithanthracum aream tertiam praebent, quam *aream internam* (fig. 3. γ.) denominavi, quae vena longitudinali e medio elytri ad angulum internum analem decurrente, venas plures ad marginem internum emittente cingitur.

Alae posteriores in statu quieto longitudinaliter sese involvunt, expansae circuitum fere semicircularem habent et ex *area anteriore* et *area posteriore* componuntur, quarum posterior in statu quieto ab anteriore tegitur. Aream anteriorem nonnullae venae longitudinales margini anteriori parallelae percurrunt, quarum interior venas secundarias pinnatim ad marginem internum emittit, aream posteriorem plures venae longitudinales excentricae apicem versus dichotome divisae penetrant. Hae venae omnes venis transversis plus minusve numerosis retis instar conjunguntur.

Corpus Blattarum planum et latum est, segmentum anale appendicibus duabus articulatis gaudet. Pedes compressi et aculeati sunt, tarsi quinque-articulati.

Blattae nunc viventes terram inhabitant, siccas regiones praecipue amant, quamvis et humidas non evitant. Cibum praesertim vegetabilem consumunt, sed polyphagi et res sic-

die sowohl feste als flüssige Substanzen verzehren und viele Nahrung consumiren. Ihre Vermehrung ist stark, und wo Nahrung und Aufenthalt ihre Entwickelung begünstigen, verbreiten sie sich in grosser Anzahl sehr schnell. Jedes Land hat Arten dieser Familie aufzuweisen, und mehrere, die sich in den Gebäuden und auf Schiffen einnisten, wie Bl. orientalis, germanica, americana, werden durch ihre Gefrässigkeit sehr lästig.

cas et fluidas copiose devorant. Prolem numerosum procreant, et in regionibus cibum et vitam proli praebentibus cito et copiose augentur. Omnes terrae regiones species hujus familiae alunt, et species plures, quae in aedes et naves intrant, ex. gr. Bl. orientalis, germanica, americana, voracitate magna damna efficiunt.

1. Blattina didyma.

Hemelytris pollicem et dimidium longis, ellipticis, area dorsali et interna singulis novem-venosis, venis nonnullis dichotomis, area costali subtiliter et remote oblique venosa, area intermedia densius et crassius venosa.

Taf. XXXI. Fig. 2. die natürliche Grösse. Fig. 3. vergrössert.

Rost Dissert. p. 21. *Dictyopteris didyma.*

Germar in Münst. Beitr. z. Petrefaktenkunde. Heft V. pag. 92. tab. 13. fig. 1. *Blattina didyma.*

Der einzelne Oberflügel, von welchem Druck und Gegendruck bei Wettin aufgefunden wurde, ist 18 Lin. (0,030 mm) lang, 6 Lin. (0,010 mm) breit, an der Spitze im Kreisbogen gerundet, und weiset auf ein Thier von der Grösse der Blatta Maderae hin. Das Randfeld (Fig. 3. α.) ist verhältnissmässig schmal, da es kaum den vierten Theil der Flügelbreite einnimmt, reicht auch wenig über die Hälfte der Flügellänge hinaus, da die Längsader, die es nach Innen begränzt, hier im Aussenrande des Flügels ausläuft. Die dasselbe in schiefer Richtung durchsetzenden Queradern sind nicht zahlreich (12—14), fein und etwas gekrümmt. Das Rückenfeld (Fig. 3. β.) bildet ein unsymmetrisches Trapez, dessen Längsdurchmesser fast doppelt so lang wie der Querdurchmesser ist, es hat neun bis zehn mit der inneren Begränzungsader parallel laufende bogenförmig gekrümmte Adern, von denen sich einzelne gabelförmig spalten. Das Innenfeld (Fig. 3. γ.), welches neben dem Rückenfelde liegt, bis zu zwei Dritttheil der Flügellänge reicht und nach Innen von einer Längsader begränzt wird, bildet ein ungleichseitiges Dreieck, welches von neun bis zehn Nebenadern, unter denen einzelne sich gabelförmig theilen, und die sämmtlich federartig von der Längsader ablaufen, durchschnitten wird. Das Mittelfeld (Fig. 3. δ.) hat schon ohnweit der Wurzel drei starke Längsadern, von denen die eine das Randfeld, die andere das Innenfeld begränzt, welche bald sich mehrfach verästeln und den Hinterrand in mehrere starke Falten theilen. Durch das Vergrösserungsglas bemerkt man, dass alle diese Adern durch zahlreiche, sehr feine, rechtwinkelig abgehende Queradern netzförmig verbunden sind.

1. Blattina didyma.

Hemelytris pollicem et dimidium longis, ellipticis, area dorsali et interna singulis novem-venosis, venis nonnullis dichotomis, area costali subtiliter et remote oblique venosa, area intermedia densius et crassius venosa.

Tab. XXXI. fig. 2. magnitudine naturali depicta. Fig. 3. aucta.

Rost Dissert. pag. 21. *Dictyopteris didyma.*

Germar in Münst. Symbol. palaeontol. Fasc. V. p. 92. tab. 13. fig. 1. *Blattina didyma.*

Hemelytron solitarium, cujus ectypum et typolithum Wettinensis schistus dedit, longitudinem 18 lin. (0,030‴) latitudinem 6 lin. (0,010‴) habet, apice circulatim rotundatum est, et animalculum magnitudine Blattae Maderae indicat. Area costalis (fig. 3. α.) pro hemelytri latitudine latitudinem minus insignem praebet, nam vix quartam partem latitudinis totius hemelytri habet et parum etiam dimidium longitudinis hemelytri excedit, cum vena longitudinalis eam interne terminans hoc loco in marginem costalem excurrat. Venae areae costalis transversales oblique eam penetrant, parum numerosae (12—14), subtiles et subcurvatae sunt. Area dorsalis (fig. 3. β.) trapezum asymmetricum format, cujus diameter longitudinalis fere duplo maior est quam diameter transversalis, et venas novem vel decem curvatas, venae internae parallelas, continet, quarum nonnullae furcatae sunt. Area interna (fig. 3. γ.) juxta aream dorsalem sita, tertiam partem longitudinis totius hemelytri bis attingit, intus vena longitudinali terminatur, triangulo inaequilatero similis, venis novem vel decem secundariis, nonnullis furcatis, omnibus pinnatim e vena longitudinali excurrentibus instructa est. Area intermedia (fig. 3. δ.) jam prope basin venas tres longitudinales crassiores, quarum una aream marginalem, altera aream internam abscindit, continet, quae dichotomia iterata dividuntur et marginem posticum profundius plicatum reddunt. Lentis ope omnes has venas venis subtilibus, numerosis, sub angulo recto insertis, retis instar inter sese conjunctas esse observari licet.

2. Blattina anaglyptica.

Hemelytris pollicaribus, ellipticis, latitudine media ter longioribus, area dorsali novem-venosa, interna subsex-venosa, venis nonnullis dichotomis, area costali distincte marginata, oblique venosa, area intermedia multoties dichotome venosa.

Taf. XXXI. Fig. 4. in natürlicher Grösse.

Germar in Münst. Beitr. z. Petrefaktenkunde pag. 92. tab. 13. fig. 2.

Der einzelne vorhandene Oberflügel ist einen Zoll lang, vier Linien breit, und zeigt auf ein Thier von der Grösse der Blatta americana hin. Seine Länge übertrifft die der Breite dreimal, und die Breite bleibt sich der ganzen Länge nach, mit Ausnahme der gerundeten Spitze, ziemlich gleich. Das Randfeld, welches kaum ein Dritttheil der Flügelbreite einnimmt, wird nach Innen durch eine starke Längsader begränzt, welche bei zwei Dritttheil Länge des Flügels in den Vorderrand ausläuft, und von welcher ohngefähr zehn Queradern, von denen mehrere sich gabelförmig spalten und, wenn die Spaltung mehr am Ursprung Statt findet, die Zählung ungewiss machen, abgehen. Das Rückenfeld wird nach Innen von einer starken Falte begränzt und hat neun Adern, von denen sich einzelne gabeln. Das Innenfeld ist nach Innen minder scharf begränzt, indem die Längsader, welche es nach Innen begränzt, sich vor ihrer Endigung am Innenrande zweimal gabelförmig spaltet, und auch von den sechs von ihr federartig ablaufenden Adern des Innenfeldes theilen sich noch eine oder die andere gabelförmig. Die Adern des Mittelfeldes zeigen die gewöhnliche dichotome Verästelung, und durch scharfe Vergrösserung bemerkt man Spuren feiner Quernerven. Die innere Ecke des Hinterrandes ist in dem vorliegenden Exemplare abgebrochen.

Ob die von mir in Münster's Petrefaktenkunde a. a. O. beschriebene und abgebildete Blattina anthracophila von Bl. anaglyptica wirklich verschieden sei, bezweifle ich jetzt, überhaupt ist der Abdruck zu unvollständig, um nach ihm die Merkmale der Art festzustellen.

2. Blattina anaglyptica.

Hemelytris pollicaribus, ellipticis, latitudine media ter longioribus, area dorsali novem-venosa, interna subsex-venosa, venis nonnullis dichotomis, area costali distincte marginata, oblique venosa, area intermedia multoties dichotome venosa.

Tab. XXXI. Fig. 4. magnitudine naturali proposita.

Germ. in Münst. Symbol. palaeont. Fasc. V. pag. 92. tab. 13. fig. 2.

Hemelytri specimen singulum pollicis longitudine, linearum quatuor latitudine, animalculum magnitudine Blattae americanae indicat. Longitudo latitudinem ter superat, et latitudo apice rotundato excepto ubique fere aequalis observatur. Area costalis, vix tertiam partem latitudinis totius hemelytri occupans, intus vena valida longitudinali terminatur, quae, ubi tertia totius longitudinis hemelytri pars bis finita est, in marginem externum excurrit. Vena haec circiter decem venas secundarias, partim dichotomas emittit, tamen numerus venarum dichotomarum vacillat, quia dichotomia interdum e basi oritur. Area dorsalis intus a plica valida circumscribitur, et novem continet venas, quarum una alterave dichotomia dividitur. Area interna intus minus distincte absciuditur, nam vena longitudinalis, qua intus terminatur, antequam marginem internum attingit, bis furcatim dividitur, et inter venas sex pinnatim ab ea decurrentes etiam una alterave furcatim excurrit. Venae areae intermediae distributionem dichotomam ordinariam praebent, et lentis fortioris ope venarum transversarum subtilium vestigia declarantur. Angulus internus marginis posterioris in nostro specimine deest.

Blattinam anthracophilam (Münst. Symb. palaeont. l. c.) a me quondam propositam, a Blattina anaglyptica diversam esse nunc haud censeo, et praeterea specimen mancum speciei proprietates distinguere non permittit.

---

3. Blattina flabellata.

Hemelytris dodranti-pollicaribus, ellipticis, latitudine media ter longioribus, area dorsali et interna singulis septem-venosis, venis nonnullis dichotomis, area costali lata, elongata, oblique venosa, area intermedia multoties dichotome venosa.

Taf. XXXI. Fig. 5. a. natürliche Grösse, b. vergrössert.

Germ. in Münst. Beitr. z. Petrefaktenkunde p. 92. tab. 13. fig. 14.

3. Blattina flabellata.

Hemelytris dodranti-pollicaribus, ellipticis, latitudine media ter longioribus, area dorsali et interna singulis septem-venosis, venis nonnullis dichotomis, area costali lata, elongata, oblique venosa, area intermedia multoties dichotome venosa.

Tab. XXXI. Fig. 5. a. magnitudine naturali, b. aucta.

Germ. in Münst. Symbol. palaeont. Fasc. V. pag. 92. tab. 13. fig. 14.

Der aufgefundene Oberflügel ist dem der vorigen Art höchst ähnlich, so dass man ihn als von einem kleineren Exemplare derselben abstammend betrachten möchte; aber theils die beträchtlich geringere Grösse, theils das breitere und längere Randfeld, so wie die weit feineren Adern des Mittelfeldes, welche weder das Randfeld noch das Innenfeld scharf abschneiden, lassen doch die Artvereinigung nicht füglich zu.

Die Länge des ganzen Flügels, von dem nur ein kleiner Theil der Spitze fehlt, betrug 9 Lin., die Breite 3 Lin. Das Randfeld, welches fast die Hälfte der Flügelbreite einnimmt, wird nach Innen von einer feinen Längsader begränzt, welche ziemlich am Ende des Vorderrandes ausläuft, und ohngefähr zwölf Queradern nach dem Vorderrande abgibt, von denen mehrere sich gabelförmig spalten. Das Rückenfeld ist deutlich abgesetzt und hat sieben Adern, von denen an dem vorliegenden Exemplare sich keine spaltet. Das Innenfeld wird nach Innen von einer feinen Längsader begränzt, die sich Anfangs sanft herabbiegt, dann aber erst fast am Innenwinkel des Hinterrandes ausläuft und ohngefähr sieben Adern, von denen sich mehrere gabeln, federartig absetzt. Die Adern des Mittelfeldes haben die gewöhnliche dichotome Verästelung.

Hemelytron inventum illi praecedentis speciei simillimum est, ita ut minori individuo eiusdem desumtum credas; at non solum magnitudo valde deminuta, sed etiam areae marginalis longitudo et latitudo aucta atque venae subtiliores areae intermediae, quae neque aream marginalem neque arcam internam acute confiniunt, coalitioni cum specie praecedente obstant.

Longitudo totius hemelytri, cui tamen exigua pars apicis abrupta est, novem lineas, latitudo tres lineas occupat. Area marginalis dimidiam fere latitudinem hemelytri explet, intus vena subtili longitudinali, fere ad apicem marginis antici excurrente, circiter venas duodecim transversas, quarum nonnullae furcatae sunt, ad marginem anticum emittit. Area dorsalis distincte definita venas habet septem, quae in nostro specimine omnes simplices sunt. Area interna intus vena longitudinali subtili, basi parum flexa, usque fere ad angulum internum marginis posterioris excurrente, septem fere venas, quarum nonnullae furcatae sunt, pinnatim emittente cingitur. Venae areae intermediae decursum dichotomum ordinarium habent.

---

4. Blattina carbonaria.

Hemelytris dodranti-pollicaribus, subovatis, latitudine media duplo longioribus, area dorsali novem-venosa, interna septem-venosa, venis nonnullis dichotomis, area costali distincta, minus dilatata, oblique venosa, area intermedia multoties dichotome venosa.

Taf. XXXI. Fig. 6. a. ein Flügel in natürlicher Grösse, b. vergrössert.

Es scheint diese, durch die Breite ihrer Oberflügel ausgezeichnete Art, die häufigste gewesen zu sein, da mir sieben Exemplare von Flügelfragmenten vorliegen. Das schönste und vollständigste Exemplar, das die Abbildung darstellt, enthält die Oberseite fast vollständig und erinnert in dem Totaleindruck an die südamerikanische Blatta tuberculata Dalm. Griff. (Hormetica tuberculata Burm.).

Das Halsschild ist fast vier Linien lang und am Grunde eben so breit, es hat einen fast parabolischen Umriss, nur dass die Wurzel desselben keine vollkommen gerade Linie, sondern einen sehr stumpfen Kreisbogen bildet. Man sieht, dass die Oberfläche Unebenheiten besass, sie sind aber durch den Druck so verunstaltet, dass sie sich nicht genauer bestimmen lassen.

Die Oberflügel sind beide in ihrer natürlichen Lage vorhanden, der rechte, bis auf eine kaum bemerkbare Ver-

4. Blattina carbonaria.

Hemelytris dodranti-pollicaribus, subovatis, latitudine media duplo longioribus, area dorsali novem-venosa, interna septem-venosa, venis nonnullis dichotomis, area costali distincta, minus dilatata, oblique venosa, area intermedia multoties dichotome venosa.

Tab. XXXI. Fig. 6. a. elytron magnitudine naturali, b. elytron auctum.

